





10078

v. III. n. 9.

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ 24.
 PROCESSUS 1718, 5.
JURIS COMMUNIS
 ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS
DISPUTATIO DECIMA QUARTA,

QVAM

SUB PRÆSIDIO

DN. LÜDERI MENCKENII, JC.
 CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT.
 SAXON. DECRETALIUM PROF. PUBL. ET
 FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS
 ORDINARIJ, &c.

*PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTA-
 TEM DEVENERANDI,*

IN AUDITORIO ICTORUM
 PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
 SUBMITTIT

WILHELMUS ZACHARIAS CRAMER,
 LIPSIENSIS.

AD D. VIII. SEPT. A. M DCC XVIII.

LIPSIÆ,
 Typis IMMANUELIS TITII.

22. 11. 1718





B. C. D.
ORDINAT. PROC. SAX.
ELECT.

Tit. XXV.

DE RECOGNITIONE DOCU-
MENTORUM.

Von Recognition der briefflichen
Urkunden.

I.

Diverſitatem virtutemque Documentorum
Tit. antecedente excuſſimus, eorumque
nunc conſideranda eſt recognitionis. De-
ſcribitur autem Recognitionis Documenti, describitur.
quod ſit instrumenti, & eorum quae
instrumento continentur agnitio. *a. l. 56. ff. d. V. S.*
Nov. 73. pr. l. 1. §. 1. 2. ff. testam. quemadm. aper. c. 6.
X. d. fid. instrum. l. 15. §. f. ff. de reb. auct. jud. poss.
GÆDD. d. V. §. R. S. ad. d. l. 56. n. 5. Dividitur illa (1) dividitur 1. in Simplicem & Qualificatam.
in Simplicem & Qualificatam. Recognitionis Simplex eſt cem & Qualificatam.
documentorum praesentium agnitio. *a. dd. II. Qualifica-*
ta verò, quam instrumentorum editio praecedit. l. 6. l. 7.

A 2

C. de

C de edendo. five ea à parte five à tertio fiat, adhibitis, pro diversitate casuum, compulsorialibus aut requisitoria-
libus. *conf. Disp. XIII. ad O. P. S. t. 24. §. 14.* *Recognitio*
(2) *abit in Generalem*, quæ verbis generalibus expeditur. v. g. Ich recognoscire das Doc. sub C. davor, wovon es vom Gegentheil ausgegeben worden, & *Specialem*, quæ verbis specialibus fit. v. g. Ich recognoscire das Doc. sub lit. A. vor einen am 3. Jul. 1695. zwischen C. und S. aufgerichteten Mieth Contract über C. Ritter Guth zu N. salvis exceptionibus. De quo infra plenius agendi dabitur occasio. *conf. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. c. 2. p. 682. lit. Z.*

2. in Generalem & Specialem.

Recognitionis utilitas.
Jure Communi.

II. Utilitatem Recognitionis si spectes, ea ad indagandam instrumentorum fidem inventa est, five documenta aliena manu conscripta sint. *l. 5. ff. fam. herc. l. 15. §. 3. ff. ad L. Corn. de fals. c. 6. X. d. fid. instr.* five scripta subscriptave ab eo, in cujus præjudicium tendunt. *l. 26. §. f. ff. deposit. l. f. C. d. probat.* quò referre licebit *R. J. d. A. 1654. §. 35. 39. verb. recognoscendo vel diffitendo. j. Dec. El. 74. BLUM. Proc. Cam. tit. 63. n. 47.* In Saxonia Electorali omnia documenta literaria judicialiter producta adversa pars, contra quam probationi serviunt, procedente, ad producentis instantiam, citatione, inspicere & ea, que adversus ista objicienda esse ducit, indicare debet. *O. P. S. Tit. XXV. §. IIIe. J.* Hunc igitur in finem documentorum tenorem ad articulos probatorios manifeste inducere copiasque illorum annectere jubetur probaturus, ut adversario transmitti queant. *conf. l. f. C. d. fid. instrum. RULAND. d. Commissar. Part. 2. lib. 5. c. 27. n. 24. lit. g. & is, ad recognitionem legitime citatus, monita*

Jure Sax. El. omnia documenta, que produciuntur probationis gratia, inspicere & adversus ea objicere permittitur.

prævia communicatione.

& citatione.

nita sua expedire possit. *O. P. S. T. 24. §. 1. j. b. §. I.* unde in Termino producenda sunt documenta in originali probationis ergo, coram iudice ejusve Commissario, non nudo Notario. *l. 18. C. d. fid. instrum. j. c. 11. X. d. probat.* Judici enim fiunt probationes atque is causam cognoscit, Notarius gesta in iudicio consignat. *d. c. 11. j. d. l. 18. l. 3. §. 2. ff. d. testib. l. 12. ff. d. probat. l. 2. C. d. edend. BERL. P. 1. Concl. 43. n. 11. BOER. dec. 258. n. 3. ALEXAND. ad Bartol. l. 6. §. super his. 3. C. d. appellat. ubi diff. BARTOL.* quodsi antea non communicata fuerint copia, productus recognitioni se subducere & dilationem petere potest, atque propterea expensarum refusione onerari non solet, experientia teste. *a. l. 1. ff. d. edend. l. 39. ff. d. adopt. nihilominus, quando productus, ommissa specialiter eò directa citatione, instrumenti producti recognitionem in Termino facit, dubio procul ea inanis non erit: nam juri pro se introducto renunciavit. a. l. 29. C. d. pact. ZIEGL. ad b. r. verb. ausgebrachte Ladung.*

III. Quodsi vero producta jam instrumenta & producta & recognita instrumenta reprodu-
cta non sunt recognoscenda regulariter, recognita ab uno litigantium ab altero reproducantur, num denuo sint recognoscenda videamus? Regulariter in eodem Processu reproductorum documentorum recognitio pro actu frustraneo habetur, quem jura averlantur. *a. l. 14. §. 1. ff. ut. leg. seu fideic. sero. caus. cav.* siquidem is, qui instrumentum producit, illud agnoscere praesumitur, adeoque vim probandi eidem contra se denegare. *a. l. 17. C. d. testib. j. l. 15. C. d. fid. instrum.* aut ista, quae semel agnovit, in dubium vocare nequit. *a. l. f. ff. inoff. test. j. l. 12. ff. eod.*

est ratio, si diversus sit finis productionis: veluti quando instrumentum antea a reo ad probandam exceptionem litis ingressum impediens e. g. praescriptionis, productum & ab adversario recognitum effectum, quem intendit producens, caruit, dum exceptio pro incontinenti liquida habita non est, deinde autem actor idem documentum probationis gratia reproducit ad replicationem inde deducendam v. g. agnitionis debiti: nam diversa haec intentio diversam documenti qualitatem intuetur facitque ut peculiare, quae finem istum adjuvant, circumstantiae veniant considerandae ponderandaeque, ex quo fit ut alia etiam, quam antea, exceptiones recognitioni annecti queant. Dn. SCHWENDING. *ad Fibig. Proc. p. 713.* Dn. BERG. *ad h. l. obs. 3. not. 7. p. 763.* Idem obtinebit si v. g. in Processu Ordinario recognitus, per benignitatem producti, Rotulus, postea in Processu summano reproducatur. *a. l. 1. §. 2. 3. ff. d. edend. j. l. u. ff. eod. c. 6. X. d. fid. instrum. verb. cum inter alias &c.* nam, illic neglectus, hic plurimum momenti parere potest, ad evincendam forte possessionem momentaneam, unde nova recognitio recte urgetur perficiturque, cum ea, quam nova intentio exposcit, circumspicione, omissa igitur antea allegatio Examinis testium a suspecto iudice suscepti, aut illegitime perfecti, nunc urgeri potest, idque observatum esse recorder. Pariter, quoties productum est instrumentum protestatione adjecta, in passibus utilibus, aut cum declaratione, quod certa in eo puncta neutriquam agnoscantur, actus ultra intentionem producentis non operabitur, modo productus in ea productione acquiescat.

a. l.

3. diversus sit Processus.

3. quando productio cum licita protestatione facta est.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

a. l. 19. ff. d. R. C. l. 16. ff. d. admin. tut. l. 7. ff. naut. caup. stab. nam, adversario contradicente, iudex, utrum ea protestatio sit admittenda, nec ne, arbitrabitur. a. l. 1. §. 2. ff. d. jur. del. l. 32. ff. d. usur. d. l. 16. l. 47. §. 1. ff. d. minor. RULAND. d. Commiss. Part. 2. l. 5. c. 27. n. 6. lit. β. Atque hæc protestatio præcipue in instrumentis alienis, nec non in partibus separabilibus, obtinebit. a. l. 17. C. d. donat. l. 21. ff. d. except. rei jud. CARPZ. P. 1. C. 17. d. 7. ibique GOSW. ab ESBACH. ALEXAND. lib. 7. Conf. 124. n. 6. TRENACINQ. Var. Resol. l. 2. t. d. fid. instrum. Res. 3. n. 3. verb. hæc opinioniones. cont. MATTH. d. AFFLICT. d. 189. n. 1. seq. Diff. BEUST. in l. admonendi. ff. d. iurejur. n. 768. seq. Tantum igitur abest ut reproductio documenti, ab adversario saltem in partibus utilibus producti, sit inanis, ut potius inductio reproductio & recognitio necessitatis deprehendatur, & absque eadem in partibus producto contrariis illi vis probandi denegetur. a. l. 19. ff. d. R. C. l. 5. §. 7. ff. d. nov. op. nunc. DN. RIVIN. ad h. t. en. 1. in f.

Cautela

IV. Dum vero productus in Termino productionis exceptiones suas, num adversus instrumenta visibilem inspectionem, defectum ratione sigilli, aliumve indicare, quicquid ex inspectione oculari patuit, diligenter actis consignari, jubetur. O.P.S.h.T.§. VIII l. j. c. 11. X. d. prob. fitus faciendus ad Instrumentorum Vitia, quæ dispesci solent in Intrinseca & Extrinseca. Intrinseca appellantur, quæ ex inspectione instrumenti queunt argui. e.g. ratura, cancellatio &c. a. c. 6. X. d. fid. instrum. Extrinseca, quæ ex inspectione instrumenti nequeunt argui, sed extrinsecus superveniunt v. g. quando instrumentum unum

Productus in Term. Prod. instrumentorum defectus indicare debet.

quod per ocularem inspectionem apparet consignandum est.

Vitia instrumenti sunt vel Intrinseca vel Extrinseca.

unum alteri repugnat. *a. l. 14. C. d. contrab. vel committ. stip.* Atque inter vitia intrinseca & extrinseca ea intercedit *diversitas*, quod intrinseca regulariter saltem usque ad sententiam definitivam argui possint. *a. l. f. §. f. C. d. fid. instr.* ante eam enim expediri debet probatio & vitiorum visibilium indicatio; verum de extrinsecis etiam post sententiam definitivam agi potest. *l. 33. ff. d. re. jud. l. 1. l. 2. C. Si ex fals. instrum.* cum antea falsum nondum sit indagatum. *dd. ll. j. 42. C. d. transact. l. 3. §. 9. ff. d. jur. ffs.* SICHARD. *ad l. f. C. d. fid. instrum. n. 2.* BRUNNEM. *Prac. civ. c. 19. n. 44. id. ad. dl. 33. n. 6.* STRYK. *Us. Mod. n. l. 4. t. 1. §. 3.* atque ita *pron. F. J. L. M. Dec. 700.*

Vitia extrinseca etiam post definit. sent. quae in rem judicatam transit urgere licet.

Vit. intrins. est (1) instrumentum, laceratio.

V. *Vitiis intrinsecis accensetur imprimis (1) Instrumenti ruptio & dilaceratio*, inde non esse recognoscendum cambium in sex partes scissum, etiam si per conglutinationem in charta factam legi possit & quodammodo restitutum videatur. *a. C. 6. X. d. instrum. resp. F. J. L. M. Jun. 704. ad consult. G. R. RULAND. d. Commissar. Part. 2. lib. 5. c. 29. n. 3. 4.* sed quia dilacerationes casibus quoque fortuitis, per errorem, oscitantiam, dolo adversarii. *a. l. 20 C. d. probat.* similibusque rationibus fieri queunt, & hoc modo non statim illorum virtutem abolent. *a. l. 30. C. d. testam.* purgari hoc vitium ex circumstantiis potest, arbitrio judici relicto, an & quatenus dilaceratio fidem documenti minuat tollatve. *a. l. 3. §. 2. ff. d. testib. uti resp. F. J. L. M. April. 1718. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 23. FELIN. ad c. accepimus.*

vit. intr. deducitur (2) ex figura instrumenti

VI. Vitium intrinsecum dicitur (2) mala suspicio ex

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

ex figura instrumenti descendens. Quandoque enim in
 Judiciis producantur cambia aliave obligationes a
 forma, quæ adhiberi solet, *fac. l. 45. §. 7. ff. d. jur. fisc.*
 adeo alienæ, ut statim se prodat malitia ejus, qui, arre-
 pta occasione a literis transmissis, vel chartis blancis
 in alium usum datis, extensionem suo emolumento
 suscepit contra intentionem transmittentis, unde in-
 strumentum pro re nata expendenda est figura, scilicet
 magnitudo, longitudo, latitudo. *a. l. f. C. d. edict. div.*
Hadr. toll. RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 29. n. 3.
 & occasio præbetur diffessione, qua, eam faciens, pro-
 fitetur subscriptionem manum suam, sed extensionem
 aliena manu susceptam esse, contra diffitentis intentio-
 nem & consensum, ceu infra pluribus declarabitur.
 Etiam error in constructione falsi suspicionem parit in
 Rescriptis, quæ, deliberato animo & tenore diligenter
 perspecto, solent emitti *c. ii. X. d. rescript.* nisi per figu-
 ram, aut aliàs, genuinam sententiam deducendo, illi
 defectui mederi liceat. *a. c. i. X. d. judic.* In ultimis vo-
 luntatibus error talis, cum intentio probabilis erui
 potest, *a. l. i. §. 5. ff. d. her. instit.* non nocet. *l. errore 7.*
C. d. Testam. FELIN. ad c. ii. X. d. Rescript. n. 8. BRUNNEM.
add. l. 7. n. i. seq. solius literæ aut syllabæ omisio vitium
 instrumenti non parit. *a. c. ii. X. d. fid. instrum. l. 54. ff. d.*
manum. testam. si nulla inde oriatur sensus diversitas. d. c.
j. c. 6 X. d. fid. instr. n. i. ibique GONZAL. TELLEZ. add. c. ii. n. 2.

VII. Inter vitia intrinseca refertur (3) *Interlinea-*
tura, quoties literæ antecedenti & subsequenti nova li-
 nea, aut illius pars, inseritur, vel in margine quicquam,
 ad lineam se referens, adscribitur, maxime cum illud
 manu

B

manu

manu aliena, non illius, qui instrumentum conscripsit, perficitur. *c. cum venerabilis 7. X. d. relig. dom. verb. propter superlinearem scripturam. l. si unus 12. C. d. testam. verb. si prescripta. j. l. i. ff. d. bis que in test. del.* aut ex intervallo additur, tertiis præjudicio futurum. *a. l. 47. ff. d. rejud. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. d. 8. R. J. d. A. 1512. 1. Ordnung der Notarien. §. die Notarien. 18. MASCARD. de Probat. concl. 1261. n. 8. MENOCH. d. A. J. Q. cas. 187. n. 40. RULAND. de Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 29. n. 24.* Non intelligimus autem h. l. *Zifras* in contextu expressas, quarum summa ab eadem manu in margine integris literis scribitur, ut adimatur aliis fallum numerum effingendi occasio, vel metuenda ex instrumento, si quando antiquissimum fiat, aliave ex causa, obscuritas evitetur, quam chirographa provide concinnandi & declarandi rationem salutarem & innoxiam esse liquet. *a. l. 12. C. d. testam. l. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. conf. GAIL. l. 1. Obs. 101. n. 16.* Pariter vitii intrinsecis annumeratur (4) *Rasura c. 6. X. d. fid. instrum. c. 7. X. d. Religiof. Dom.* si fuerit in parte *substantiali* facta, quæ ad negotii decisionem inprimis facit, ea enim, unde nihil suspicionis emergit, petita ex antecedentibus & subsequenteribus declaratione, merito negligitur, *MENOCH. d. A. J. Q. cas. 107. n. 40. 41. TRENTACINQU. Var. Resol. 1. 2. d. fid. instrum. Resol. 11. n. 13.* nec quicquam intercedit diversitatis, utrum ea modica an magna sit, dummodo ad causæ determinationem suam conferat momentum. *a. c. licet. 5. X. d. crim. fals.* quod, cum de o numero præcedenti coherente aut deficiente contenderetur, in S. C. P. L. expensum esse recordor. *conf. STRYK. ad Brunn. Jus Eccl.*

pro qua non habenda
Zifra textualis
in margine reiterata
expressio

(4) ex rasura in parte
substantiali

etiamsi rasura sit mo-
dica.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

*Eccl. l. 2. c. 28. ad §. 53. verb. vel alia. conf. MASCARD. d. Prob. concl. 1261. n. 10. vicissim rasuram n. 1. 2. 3. ad me-
rum ordinem respicientem, deficiente numeros expri-
mendi necessitate, instrumenti fidem haud minuere
resp. F. F. L. M. Jun. 718. Utiliter itaque adhibetur cau-
tela, qua Notarius, vel etiam instrumenti auctores, in
continenti contestantur quod interlineatura, margina-
le, præcipue aliena manu intercedente, item rasura,
ipsorum voluntate concinnata sit, quam observari ju-
bet R. F. d. A. 1512. t. Ordnung der Notarien. §. 18. j. l. i. §.
1. ff. d. his quæ in test. del. MASCARD. d. Probat. concl.
1261. n. 16. 17. DN. STRYK. d. caut. contr. sect. 1. c. 6. §. 4. 5.
RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 29. n. 37. Non
minus (5) ex diversitate atramenti literarumve suspicio (5) ex diversitate atra-
falsi descendit. c. 6. X. d. fid. instrum. verb. recentior scri- menti it. literarum.
ptura. it. videbatur alterius manus fuisse, hinc obligatio-
nis quantitate pallenti numero expressa, reliquo chi-
rographo non item, scripturave diversitate observa-
ta, falsi indagacionem esse necessariam judicavit Supre-
ma Curia Prov. nostra. MASCARD. d. Probat. concl.
1241. n. 18. seq. MENOCH. d. A. F. Q. cas. 187. n. 35. j. RU-
LAND. d. Commiss. P. 2. l. 5. c. 29. n. 27. quomodo plura in
literis scripta, quam ex nuda inspectione cognosci
queunt, detegenda veniant, vid. apud dict. RULAND,
n. 31.*

Cautela

VIII. Ad Vicia intrinseca pertinet (6) Cancellatio Vitiū intrinsecum
instrumenti, ex ea enim à creditore facta præsumitur vis est (6) Cancellatio in-
illius esse extincta. l. 24. ff. d. probat. MENOCH. d. præf. facta.
l. 1. q. 4. n. 2. illaque voluntate ipsius creditoris suscepta
esse existimatur. l. 82. §. f. ff. d. furt. BRUNN. ad d. l. 24.

B 2

n. 2.

quæ præsumitur in-
strumento apud cre-
ditorem existente,
nisi creditoris infantia,
furor, ebrietas aliam
pariat conjecturam.

Cancellatio debitoris
sola non liberat eum.

Interim cancellatio
tollit instrumentum
licet verba legi queant

Vitium intrinsicum
deducitur (7) ex sigil-
lorum corruptione.

maxime cum sigillis
instrumenti vis inni-
titur.

n. 2. JASON. *ad l. 2. ff. d. pact. n. 2.* LAUTERB. *differ. de Cancellat. th. 56. 57.* si instrumentum apud eum deprehendatur; sed contraria probatio admittitur. *d. l. 24.* veluti si mentecaptus, furiosus, infans, summe ebrius illud cancellaverit. *l. f. ff. d. injust. rupt. irr. fact. testam. l. 30. C. d. testam. j. c. 14. X. d. vit. & bon. Cler.* LAUTERB. *d. l. th. 58.* Non eandem virtutem habet cancellatio debitoris, quia is suo tantum facto se liberandi potestate destituitur. *a. l. 6. l. 7. C. d. probat.* LAUTERB. *d. l. th. 62.* Interim pro cancellatione totali agnoscitur etiam, si, per modum crucis, folium totum sit cancellatum, licet verba adhuc legi queant. *a. l. 1. ff. de his que in test. del. l. 30. C. d. testam.* GOSW. *ad Carpz. P. 3. C. 3. d. 5. n. 2.* MASCARD. *d. Probat. concl. 257. n. 1.*

IX. Ad Vitia intrinseca refertur (7) *Sigillorum corruptio. c. 6. X. d. fid. instr.* five falsificatio five talis eorum læsio appareat ut fides scripti, cui illud appositum est, minuatut aut tollatur. *a. d. c. l. 30. C. d. testam.* AYM. CRAVETTA *de Antiquit. temp. Part. 1. n. 39. p. 106.* nam haud raro de fractis corruptisque sigillis nihil adversa pars excipit, cum tales corruptiones & attritiones sæpe ex ipso frequenti usu actorum, item documentorum, dependeant, ubi sententiis publicatis similibusque avulsa sigilla nequidem moneri solent, fide instrumenti ex reliquis circumstantiis corroborata, aut necessitate sigilli parum ad negotii validitatem conferente. RULAND. *d. Commiss. P. 2. l. 5. c. 30. n. 21.* quod secus est cum instrumentum mentionem facit sigillorum, & ab illorum auctoritate virtutem suam suspendit, *a. d. c. 6.* aut præcipuum ex iis dependet eorum fundamentum.
conf.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

*conf. l. 17. C. d. fid. instrum. R. J. d. A. 1512. tit. von Notari-
rien. §. II. RULAND. d. l. n. 6. CRAVETTA d. l. n. 40. j.
ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. d. 14.*

X. Sed, cum plura queant eodem Instrumento Cum plura sunt eodem
instrumento compre-
hensa negotia
comprehendi negotia, *a. l. 19. C. d. pact. l. 10. pr. §. 1. ff.
d. pupill. subst.* num, unum falsum continente, aut su-
spicionem corruptionis merente, alterum quoque fi-
dem perdat, expendendum est. Ubi, cum separata conservantur separata.
sunt negotia, utile per inutile non vitari. *a. c. 37. d. R.
J. in 6. §. 2. J. d. donat.* neque valide constitutum con-
tractum &c. imprudenti aut imperita unius aut alte-
rius adjectione corrumpi fas est. *a. l. 65. ff. d. V. O. j. l. 39.
ff. d. adopt. R. J. d. A. 1512. z. Ordnung der Notari-
en. §. 18. ANTON. FABER. in C. l. 4. t. 16. d. 19.* Quod si ve- Et capitula cum falso
haud connexa.
ro ejusdem negotii diversa sint capita, eaque separabi-
lia, ex intentione eorum, quorum interest, subtrata-
que materiae natura, ea, quae à falso aut mala suspicio-
ne plane sunt aliena, haud contrahere vitium æquitas,
studiumque conservandi potius quam irrita reddendi
gesta, imperat. *l. 42. C. d. transact. l. 29. ff. d. usur. a. l. 29. ff.
d. V. O. l. 86. ff. eod. l. 12. ff. d. reb. dub.* neque enim falsitas
veritati præjudicare aut iniquitas æquitati prævalere
debet. *c. 11. X. d. probat. BOER. dec. 253. n. 6. MASCARD.
d. Probat. concl. 1243. n. 11. seq.* in connexis cum falso aut à falso dependentia
non item.
suspecto capitibus, aut ab eodem dependentibus, fides
instrumenti, pro re nata, vacillat aut corrui. *a. c. fra-
ternitatis. 4. X. d. heret. l. 2. in f. ff. d. fid. instrum. ME-
NOCH. l. 3. Presunt. 63. n. 2.* Verum quia diversi sunt de connexis & separa-
tis arbitrabitur iudex.
falsorum & suspicionum gradus æquus iudex de nego-
tiis & capitulis separatis connexisque, omnibus cir-
cumstan-

cumstantiis accurate excuffis, convenientiffime arbitratitur. *a. l. 32. ff. d. ufur.* id quod quotidiana observantia probat. MASCARD. *d. l. n. 14. seq.* RULAND. *d. Com. miss. Part. 2. l. 5. c. 29. n. 40. c. 33. n. 14. lit. c.* MENOCH. *d. A. F. Q. l. 2. c. 95. n. 4.*

XI. Sufficiant hæc de Vitiis Instrumentorum intrinsecis, transeamus ad *Extrinfeca*, quæ, ut diximus, ex inspectione instrumenti nequeunt argui, sed extrinsecus superveniunt. Illa verò variis modis, quibus contraria probatio expeditur, contingunt, adeoque ex materia probationum deducenda sunt. Itaque paucis saltem monebimus quod contraria Instrumenta, ab una eademque parte producta, nihil firmitatis habeant.

Vitia extrinfeca instrumenti variis probandi modis deteguntur.

Quod si idem contraria producat instrumenta fidem sibi invicem derogant.

si conciliari nequeant.

si producantur ab actore s. à reo Cum instrum. contraria producantur à diversis inhaerendum digniori.

l. 14. C. d. fid. instrum. & fidem sibi invicem derogant. c. 13. X. d. fid. instrum. idque, sive publica fuerint sive privata, attenditur, cum producens utraque approbet. *a. d. c. 13. TRENTACINQ. Var. Ref. l. 2. t. d. fid. instrum. Ref. 5. n. 11. BRUNNEM. ad. d. l. 14. n. 2. FELIN. ad c. 13. X. d. fid. instrum. n. 3.* scilicet, si nulla interpretatione inter se conciliari queant. *a. l. 9. C. de liberal. caus. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. d. 3. n. 1. 2. TRENTACINQ. d. l. n. 12. FELIN. d. c. n. 9.* adeoque, tanquam contraria allegans, non sit audiendus. *a. l. 1. C. d. furt. l. 9. C. d. liberal. caus. sive productio ea fiat ab actore sive a reo. TRENTACINQ. d. l. n. 12. FELIN. ad c. 13. X. d. fid. instr. n. 5.* Quod si pars diversa contrarii utatur documentis habenda ratio dignioris. *a. l. 14. C. d. contrab. vel committ. stip. l. 13. ff. d. probat. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. d. 3. n. 3.* unde præferri solet privato publicum. *l. 11. C. qui pot. in pign. FELIN. ad c. 13. X. d. probat. n. 8. & ad liberandum tendens*

dens potius est eo, quod ad obligationem pariendam
augendamve directum. a. l. 47. ff. d. legat. 2. TREN-
TACINQ. d. l. n. 10.

XII. *Jure nostro quivis ex litigantibus documenta* Documenta ab adver-
literaria, a parte adversa contra ipsum producta, recogno- sario producta reco-
scere aut diffiteri tenetur. O. P. S. T. XXV. §. Weil es gnoscenda sunt.
auch II. Atque ea recognoscendo approbantur, dum ratio
pars confitetur illa esse vera & non falsa. a. l. s. ff. fam.
berc. l. 1. §. 8. l. 15. §. 3. ff. ad L. Corn. d. fals. Quæ reco- Jure Communi incon-
gnitio regulariter facienda est Jure Communi incon- tinenti.
tinenti. a. l. 14. ff. d. R. F. R. F. d. A. 165. §. 29. verbis. *Nuch*
in puncto recognitionis, auf des Klägers erfodern, sich
der Gebühr recognoscendo vel diffitendo, unter gewöhn-
lichen Prejudiz und Straffe der Procuratorn, verneh-
men lasse, JAC. BLUM. Proc. Cam. t. 63. §. 47. nisi in- nisi intercedat justa
tercedat justa moræ indulgenda causa. Veluti cum moræ causa.
fori declinatoriæ exceptiones principaliter tractantur,
tanquam præjudiciales, proptereaque ad probationis
causam ipsam concernentia in causa transiri non potest,
aut eadem, cum petito de rescindenda in primis con-
clusionione, producta sunt, incertumque utrum rescissio
concedenda sit nec ne, tum enim, facta rescissione de-
mum, recognitio obtinebit, quia per conclusionem
in causa documentorum productioni renunciatum esse
creditur. a. c. 9. X. d. fid. instrum. BLUM. d. t. 63. n. 52. Ur- in contumaciam docu-
gente justa ratione ad proximam, vel etiam ulteriorem, menta, pro re nata,
audientiam petitum recognitionis rejicitur. BLUM. pro recognitis decla-
rantur.
Proc. Cam. t. 61. n. 43. in contumaciam non recogno-
scentium vero documenta, nisi aliud idonea causa ex-
poscat, pro recognitis habentur. GAIL. d. Pac. Publ. l.

Recognitionis acceptatio impedit illius revocationem.

Intra Term. Sax. instr. recognitionis petitio aut eorum productio juxta O. P. S. necessaria non est.

& productio in Termino facta, animo petendi agnitionem documentorum suscepta esse creditur, licet nominatim eorum agnitionis non sit desiderata.

l. c. 15. n. 14. seq. Facta autem recognitio acceptatur vel tacite, eam haud impugnando. *a. l. 18. ff. mand. j. l. un. C. d. confess.* vel expresse, atque hoc fieri expedit, si intercedat metus revocandæ recognitionis: nam ista acceptatio revocationem, ad imitationem confessionis, excludit. *a. l. 6. §. 3. 5. f. d. confess. l. 13. C. d. nonnum. pec. c. 10. X. d. probat. MYSING. cent. 4. Obs. 51. GAIL. l. 1. Obs. 55. n. 8. l. 2. Obs. 89. n. 5. seq. BLUM. Proc. Cam. t. 63. n. 46.* Interim ut ipsa recognitionis instrumentorum petitio, aut eorum productio, præcise intra Terminum Saxonicum fiat. *Ord. Proc. Sax. Tit. XXV. §. II. j. Tit. 24. §. 1.* non est necessitatis, cum istud fatale a lege definitum non sit, atque interpretatione haud introducendum veniat. *a. N. 2. c. 3. verb. scut. j. l. 21. C. d. heret.* Speciale vero petitum de instrumento, quod in Termino productum est, recognoscendo prudenter quidem, ad evitanda litigia ambagesque, adhibeatur, attamen simpliciter imperatum non sit, cum non alia intentione, quam ut recognoscantur, soleant instrumenta hoc casu produci, eorumque agnitionis ad conciliandam vim probationi exigatur. *a. l. 15. §. f. ff. d. reb. auct. jud. poss. adeoque id, quod ex ipso facto intelligitur, particulari expressione non indigeat. a. l. 9. §. 1. ff. d. pign. act. j. l. 2. ff. d. jurisdict. CARPZ. l. 3. Resp. 80. n. 9. seq. & judex recognitionem ex officio injungere debeat. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 710. CARPZ. Proc. t. 14. art. 2. n. 12. nihilominus R. F. d. A. 1654. §. 35. verb. der Documenten recognition bitten, it. §. 30. verb. auch in puncto recognitionis auf des Klägers erfordern sich der Gebühr recognoscendo &c. vernehmen lasse, petitum recognitionis in udi-*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

Judicii Imperii exigere videntur. *a. l. 4. §. 3. ff. d. damn. inf. MARTIN. ad O. P. S. h. t. §. alle 1. n. 29.*

XIII. *Actus Recognitionis expeditur per ipsum Principalem vel ejus Mandatarium.* O. P. S. T. XXV. §. *Weil es auch II.* quod quis enim per alium facit, ipse fecisse putatur. *c. 68. d. R. J. in 6. l. 1. §. 12. ff. d. vi & vi arm. in eo autem, qui nomine alterius recognoscit, speciale mandatum exigitur, cum recognitio sit instar confessionis, l. 25. §. f. ff. d. probat. & hæc magni præjudicii negotium complectatur. l. 56. ff. d. re jud. l. 25. §. f. ff. ad L. Aquil. j. l. 21. ff. d. judic. MEV. P. 6. dec. 20. n. 3. RULAND. de Commissar. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 4. FINCKELTHUS. Obf. 110. n. 4. seq. adeoque etiam cum cautione rati suscepta recognitio inanis est, cum ista generalis, non specialis, mandati defectum suppleat. a. l. 7. C. de reb. cred. ceu pron. F. J. L. M. April. 1700. in C. C. G. v. C. Gläubiger betreffend. CARPZ. dec. 206. n. 12. NICOL. Proc. Judic. c. 53. n. 6. BRUNNEM. ad l. 35. ff. d. Procur. n. 4. COVARRUV. Var. Ref. l. 1. Ref. 6. n. 5. diff. RULAND. de Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 27. n. 13. Quamvis autem principalis literarum sit imperitus, ex solo tamen hoc fundamento recognitioni se subducere nequit, cum ista laborans imperitia haud raro † aliove signo apposito, aut per alios sua voluntate subscriptionem fieri curare, soleat, unde frequentissime recognitio ab eo exigi & diffessionis formula specialis, excludendæ reservationi mentali serviens, ut infra monebitur, adhiberi consuevit, quibus accedit quod recognitio etiam scripturæ alienæ, J. Sax. El. fieri debet. h. T. XXV. §. weil es auch II. verb.*

Recognoscit vel Principalis

vel Mandatarius specialis mand. instructus.

non is, qui cautionem rati præstat.

à recognitione immunitatis haud est literarum imperitus.

II. verb. briefliche Urkunden etc. wann sie gleich nicht seine Hand und Siegel haben. CARPZ. *dec. 233. n. 10.*

noteque vice subscri-
ptionis subjectæ, sunt
recognoscenda.

non debet autem man-
datarius vi mand. ad
recognoscendum fal-
sam qualitatem docu-
mento asserere.

ob ignotam manum
peti potest dilatio.

seq. & notarum quoque, vice subscriptionis expressarum, recognitio facienda est, cum nominis loco sint. a. l. 22. ff. ad Sci. Trebell. j. l. 22. §. 2. C. d. jur. delib. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. def. 23. RULAND. d. Commiss. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 35. Interim is quoque, qui speciali Mandato, ad recognitionem directo, est instructus aliam documenti qualitatem, quam in eo deprehenditur, asserere non debet, quia recognitio instrumento conveniens mandata censetur, cum igitur documenti sub lit. A. producti recognitio parti, per rem judicatam, injecta esset, & producens illud als einen Wechsel Brief, produxisset, forma cambii deficiente, productus autem recognitionem fecisset, formula usurpata, recognosciret es davor, wovor es Gegentheil ausgegeben, mandatarium sua recognitione qualitatem cambialem documento tribuere non potuisse, principalemque in appellationis instantia præjudicium recte declinare, ob deficientem ipsius consensum & mandatarii errorem atque excessum. *a. l. 15. ff. d. jurisd. l. 10. C. d. Proc. l. f. C. d. error. advoc. j. l. 1. §. 2. ff. d. appell. responsum apud DU. BERG. ad h. t. obs. 31. not. 5. p. 760. seq.* Quodsi vero mandatarario offeratur ignota manus recognitioni, æquum deliberandi spatium optimo jure postulat, quo cum principali conferre possit, ne inconsulta recognitione ipsi præjudicium pariat. *a. l. 34. ff. d. jurejur. RULAND. d. Commiss. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 18. BERL. P. 1. Concl. 44. n. 19. conf. HART. PIST. Obs. 106. n. 4. 5. MOLLER. Semestr. l. 4. c. 43. n. 3.* Unde in Suprema Curia Provinciali

vinciali Lipsi. haud infrequenter conceduntur, cum in finem, dilationes, pro re nata, cum vel sine expensis.

XIV. Interim recognitionem quoque facere possunt tutores pupillorum, curatores minorum, prodigorum, furiosorum, concursus, absentium, ventris nomine, cum ipsis, vi officii & administrationis, instar dominorum etiam permessa censeatur illa facultas. Recognoscere queunt tutores pupill Curatores minor. fur. prod. abs. concurs. ventris.
a. l. 17. §. 2. ff. d. jurejur. l. 14. §. 1. ff. d. acq. vel amitt. poss. l. 7. §. 3. ff. pro emtor. l. 56. §. 4. ff. d. furt. l. 2. §. 1. ff. d. curat. bon. dand. l. 1. §. 22. ff. d. ventr. in poss. mitt. & curat. ej. l. 48. ff. d. admin. tut. CARPZ. Proc. t. 12. art. 2. n. 91. seq. atque hoc fori corroborat observantia, quod ad curatorem mulieris, intuitu sexus, applicare quidem non mulierum videtur idem declaratio. *CARPZ. d. l. nec non P. 1. C. El. 17. d. 18. n. 5.* sed, cum iste illa, quæ speciale mandatum exposcunt, expedire nequeat, Judicia circumspicte recognoscendi modum hodie, non raro, in foemina majorenni determinant. e. g. daß Beflagtens beschehene Recognition nicht zulässig, sondern es ist dessen Principalin das Document sub C. nebst ihrem Curatore, oder vermittelst eines von ihnen beyderseits hierzu absonderlich constituirten Actoris, oder dazu insonderheit bestellten Curatoris, zu recognosciren schuldig. *conf. Dn. RIV. ad O. P. S. t. 7. en. 45. Dn. SCHWEND. ad Fibig. Proc. c. 2. p. 720. seq. n. 352. 353. ZIEGL. ad O. P. S. h. t. verb. durch seinen Mandatarium. p. 138. seq.*

XV. Ad Objectum Recognitionis conversi ante omnia monemus esse documenta, quæ sua probandi virtute plenissima polleant, citra specialem recognitionem. Absque recognitione probant sententia & decreta, que in rem judicatam transeunt.

tionem. Nam Juri non saltem Communi hoc convenit in *sententiis ac decretis instrumento publico comprehensis. a. l. 11. C. qui pot. in pign. N. 73. c. 8. c. 9. X. d. fid. instrum. RULAND. d. Commissar. Part. 2. c. 39. n. 22. j. Ord. Cam. Part. 3. t. 48.* sed etiam *El. Sax. Ref. Gr. d. A. 1661. gr. 2. Dec. El. 12. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. c. 2. p. 710. Dn. BERG. Dissert. de modis declinandi recogn. 44. th. 23.* dummodo liquido constet de qualitate rei judicatæ. e. g. ex Actis item judicatis in forma probante productis. Cum enim producitur sententia, de cujus viribus rei judicatæ non apparet, ne quidem inter ordinarias probationes virtutem rei judicatæ habere censetur; quandoquidem tanti præjudicii negotium, in dubio, non præsumitur, sed probandum est. *a. c. 15. X. d. sent. & re jud. l. 1. l. 8. C. d. execut. rei jud.* sententia enim & res judicata differunt ut decidens & decisum. JASON. *in l. 1. ff. d. re jud. n. 1.* ex hoc, non illo, peti potest executio, adeoque fundamentum illud intentionis deducendum est. *l. 21. ff. d. probat.* quod enim controvertitur seponitur ac si non sit, donec evincatur. MEY. *P. 6. dec. 378. BRUNN. ad l. 1. C. d. execut. rei jud. n. 1.* Unde parum profecisse nudam sententiam decretumve publicatum pro se producentem recorder; siquidem suspensâ esse potest illius auctoritas per leutationem, appellationem &c. vel etiam tenor ipsius posteriori judicato mutatus. *a. l. 32. §. 3. C. d. appellat.* Idem de *Recessibus Judicialibus, gerichtlichen Reccessen*, est judicandum. *Dec. El. 12 Ref. Gr. d. A. 1661. gr. 2.* adeoque, recognitione speciali haud prævia, secundum d. Ref. impetrari potest executio, quapropter salutaris est partium cura, qua,

item *Recessus Judiciales.*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

maxime in Recessibus Judicialibus, qui inter Dominos Jurisdictionis & subditos constituuntur, Partes per speciali mandato instructos, aut in propria persona, eosdem recognoscunt, ut liquidum inde punctum, absque mora, executioni in posterum mandari queat. Pariter, ad evitandam recognitionis documenti necessitatem, facit cautela, qua chirographum similemve obligationem a debitore accipiens, in securitatem crediti aut servandæ conventionis, illud in judicio recognosci curat, ne, in eventum moræ, aut deficientis adimplementi, ante omnia recognitio, ad fidem illi conciliandam, facienda sit, uti pron. *F. J. L. M. Sept. 702.* atque ob eam causam, cum debitor secundum rigorem cambialem se obstrinxisset, memoratamque recognitionem fecisset, decreta est commissio ad personam aresto constringendam in *S. C. P. L.* in *C. Fr. M. E. N. 1: A. A. v. A. A. 1698. Conf. Dn. BERG. ad O. P. S. h. 1. obs. 2. p. 756 seq. Dn. RIVIN. ad h. 1. en. 8.* diligenti tamen opus est omnium circumstantiarum ponderatione, maxime si diversi sint definiti in obligatione solutionis, similiumque præstationum, termini, ne mora postrema ad reliquos terminos solutionis, ob negatæ solutionis virtutem. *l. 23. C. d. probat.* extendatur, occultatâ veritate, *a. c. 2. X. d. rescript.* aut, propter recognitionem dudum jam factam, mutato probabiliter causæ statu, ad executionem deproperetur, unde, intuitu huiusmodi circumstantiarum, memini emissum esse à *S. C. P. L.* mandatum de solvendo cum comminatione, *damit es der gebetenen oder anderer Anordnung nicht bedürffe,* idemque, vel etiam benignius,

item Documenta jam
antea judicialiter re-
cognita, ut ulteriore
recognitione opus
non esset, absque no-
va recognitione pro-
bant.

Cautela.

non tamen probat documentum, in quo recognitioni renunciatum, absque recognitione.

rescriptum dandum est, quoties conventio mutuas, inprimis correlativas, praestationes complectitur, v. g. versprochene Zrohen à rusticis und Lieferung à Domino Jurisdictionis, ne, qui urgere potest non adimpletam conventionem, praecipiti mandato in graves concitiamur angustias. *a. l. 28. C. d. transact. l. 13. §. 8 l. 25. ff. d. act. emt.* Ceterum recognitioni facta renunciatio in instrumento à debitor tradito à recognoscendi necessitate non liberat, cum ipsi instrumento, absque recognitione, fides non habeatur, & producti arbitrio relinquendum sit, utrum illud recognoscere an diffiteri malit. *à. O. P. S. b. T. §. II. Weil es audy. Conf. CARPZ. P. I. C. El. 17. d. 23. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. c. 2. p. 714. n. 351. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 7. Dn. BERG. h. t. obs. 3. not. 6. p. 761. seq. Diff. COLER. Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 137. STRYK. d. caut. contr. sect. 2. c. 7. §. 12.* Quamvis autem cuiuslibet juri pro se introducto renunciare liceat. *l. 19. C. d. pact. & ab obligatione recedere permissum sit actu, in quo quis decipitur. l. 9. §. 3. ff. d. pign. act.* attamen defraudationi hoc modo aperitur via, siquidem eadem facilitate, qua falsum instrumentum scribitur, simul ejusdem recognitioni in eodem renunciari potest, adeoque delinquendi falsariis datur occasio, quod non ferendum est, ad excludendam recognoscendi aut diffitendi libertatem, lege publica, ad evitanda falsa, introductam. *a. l. f. §. 3. ff. d. cond. ind. l. 25. §. f. ff. d. probat. l. 27. §. 3. §. 4. ff. d. pact.* CARPZ. ad Proc. 1. 14. art. 2. n. 72. seq. Quodsi vero renunciationi recognitionis in instrumento factae accesserit testium subscriptio, removetur hoc ipso falsi fraudisque suspicio.

a. l.

except.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

a. l. i. C. qui pot. in pign. dummodo illi instrumentum recognoscant juratoque deponant quod illud debitor, ipsis presentibus & videntibus, subscripserit, idque citra recognitionem probare voluerit. a. l. 9. pr. §. 1. C. d. test. N. 73. c. 2. COLER. d. Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 149. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. p. 717. CARPZ. P. 1. Const. 17. d. 24. NICOL. Proc. c. 53. n. 2.

XVI. Porro Documenta, quæ partes sunt actuum judicialium, suam vim probandi, absque recognitione, habent. Unde litis contestationis affirmativa tenorem haud raro ad recognitionem produci videas, at recognitionis necessitatem deficere, ceu jud. F. J. L. M. April. 1710. Dn. RIVIN. ad. h. T. en. 4. itaque pronunciari solet mit Recognition des sub A. Hingegen wird Kl. billich verschonet, es bleibet ihm aber auf dasselbe sich künfftig zu beruffen unbenommen, quæ formula generalior est quam additamentum, bey denen Disputations Gesetzen, cum in qualibet positione, quoties commodi nonnihil ex hisce instrumentis sperari potest, ad illa provocare permittatur, & pro diversitate Processus parriumque arbitrio, Disputationibus attestatum carere queamus, veluti si contententes submittant sententia, absque illis ambagibus, ferendæ. Idem in re-
gistraturis, quæ apud Acta deprehenduntur, similibusque, per se virtutem suam merentibus, locum invenit. conf. Dissp. Proc. XIII. ad O. P. S. t. 24. §. 1. seq. Verum, quia haud infrequenter, maxime denen Special-Actis über der Aemter oder anderer Gerichte Jurisdiction, Fluhrbeziehungen, Abzugs: Lehn: Zins: Straff: Gelder, und andere Befugnisse inseruntur documenta, vel
etiana

Documenta, quæ pars sunt actuum, absque recognitione probant.
c. g. affirmac. litis contest.

Idem in re-
gistraturæ judic.

documenta actis inserta arbitrio iudicis recognoscuntur.

Responsa Prud. non recogn.

except.
in Resp. informat.
part. communi.

aut à Iudice impetrato
& publicato,

Cautela.

etiam scripturæ de actu judiciali confectæ, ignotæ manus, item Concepte subscriptione, aut anno & die, destitutæ, arbitrio iudicis relinquendum, an ex antecedentibus & consequentibus aliisve circumstantiis iisdem fides conciliari queat. *a. l. 3. §. 2. ff. d. testib.* &, quoniam subinde incertum est utrum illis, quorum interest, volentibus an ignorantibus aut invitis hæc ad acta sint relata, recognitio, pro re nata, imperari, quò de qualitate instrumenti plenius constet, aut postulatam denegari, imo nonnunquam producta, quæ suspitioni ansam præbent, in ipso iudicio, ad futuram ocularem inspectionem, assertari videas. *conf. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. obs. 1. not. 1. p. 756.* Interim *Responsa Prudentum*, partium informationi servientia, cum ad unius relationem emissa sunt, recognosci haud merentur, uti pron. *S. C. P. L. Term. Cruc. 701.* licet articulis subjiçiantur, *Dn. RIV. ad b. t. en. 5.* quod secus est si, ut sæpe fieri solet, controvertentes in certi Collegii Responsum informatorium, formula consultationis communi consensu concepta, compromiserint, illiusque sententiæ se vel simpliciter, vel salvo ulteriori consulendi arbitrio, submiterint: tum enim expressæ circumstantiæ creduntur ab utroque litigantium agnitæ. *a. l. 13. C. d. non num. pec. l. 17. C. d. fid. instrum.* pariter sua probandi virtute haud destituuntur Informatoria Responsa ad Iudicem consultantem directæ atque ab eodem, in vim sententiæ, litigantibus publicata. *a. l. 63. ff. d. re judic.* quando, citra protestationem aut contradictionem, eadem sunt ab iis admissa. Interim magna hic opus est circumspeditione; proinde cavere solent Collegia Juridica,

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

ca, ne præsuppositis, parte non audita, æquo plus tribuant & suum iudicium eo cum temperamento interponere ut, inprimis monita partis non esse negligenda, indicent. e. g. verb. daferne S. nichts erhebliches dawider einzuwenden hat. it. es wird aber S. mit seiner Nothdurfft dießfalls zuförderst gnüglich gehöret, &c. Præterea Articuli Probatorios non esse in Reprobatione recognoscendos, cum ultra concipientis intentionem nihil operentur. *a. c. 6. X. d. except. Disp. Proc. XI. ad Tit. XXI. §. 9.* expositum est, idemque obtinebit quando actor ad articulos reprobatorios provocat & ex iis confessionem rei elicere vult. e. g. in denen Disputations Gesetzen, cum non eadem sit illorum & responsonum ad positiones ratio, uterque enim litigantium se ista conceptione articulorum adjuvare, non onerare, cupit; unde ii, tanquam partes actorum, in præjudicium concipientis, non probant. *a. l. 19. ff. d. R. C. j. c. 61. d. R. J. in 6. c. 6. X. d. except.* ceu pron *F. J. L. M. Jun. 718.* Positiones auctoris, ubi obtinent, formantur, ut proponens illas iurejurando dandorum corroboret. *fac. l. 9. C. d. lib. caus. & responstone affirmativa adversarii se a probatione immunem prætet. c. 2. d. confess. in 6. c. f. d. Furejurand. in 6. Ord. Cam. P. i. t. 69. seq. R. J. d. A. 1654. §. 41. 49. BLUM. Proc. Cam. i. 68. n. 3. seq. CARPZ. Proc. t. 13. art. 4. n. 6. BERNHARD. GREVEN. Concl. Pract. Cam. Jmp. 79. n. 9. MASCARD. d. Probat. concl. 347. n. 16.* Licet vero in Possess. Summariss. Professorio Summarissimo nonnunquam documenta, & Rotuli frequentissime, ad Acta referantur, nihilominus, quoniam documenta inprimis ad colorem possessioni momentanæ conciliandum, atque ad Judicem informandum

Artic. Prob. etiam recognosc. non sunt.

qui differunt à Positionibus Juris Communis.

In Possess. Summariss. nec Doc. nec Rotuli recognoscendi sunt.

mandum adhibentur, & Rotuli testium dicta continent, quorum examen & depositionem adversarius impug-
nare & destruere laborat, durch die Einlassung auf den
Rotulum, Productionesque Rotulorum pro sua pos-
sessione militantium, ac ambages recognitionum, iste
processus respuit. *j. clem. 2. d. V. S. interlocutoria* de
recognitione faciendae sententiae in illo Processu, celerrime
expediendo, regulariter cessant, multoque magis in
Processu Inhibitivo, quotidiana id evincente experien-
tia. *Conf. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 6.* salva tamen est parti
ad Rotulos hujusmodi se referendi potestas, ceu visum
F. J. L. M. Jul. 718.

*Absque Recognitione
probant Leges & Con-
stitutiones publicæ.*

*it. Privilegia Ord.
Prov. comprehensa.*

XVII. Etiam *Constitutiones* Juris Civilis, Feudalis,
Canonici, Recessus Imperii, Resolutiones Gravaminum
impressæ, citra recognitionis necessitatem, probant, li-
cet ex abundantia, voluntate libera potius, quam urgen-
te juris dispositione aut Judicis auctoritate, nonnun-
quam recognoscantur, quod ratione Privilegiorum Ci-
vitatibus aliisve, aut in genere. *Landes-Ordn. d. A. 1555.*
z. daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen,
§. so wollen. C. S. p. 48. it. z. brauen, schenken. §. da sich.
C. S. p. 54. aut in specie indultorum, veluti Res. Gr. d.
A. 1654. 57. z. von Justiz-Sachen. gr. 124. seq. in supra
prima Provinciali Curia nostra. v. g. quoad civitatum Jus
Prohibendi & cogendi in causis cerevisiariis similibus-
que, observatum esse recordor. conf. l. 12. C. d. jur. &
fact. ign. Conf. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 3. Tales enim
Constitutiones & Privilegia pro Jure certo agnoscun-
tur, quod quilibet regulariter scire potest ac debet. *d. l.*
12. l. 2. l. 9. pr. §. 2. 3. ff. d. jur. & fact. ignor. l. 9. C. ad. L.
falcid.

falcid. itaque Mandatum hujusmodi *speciale ad Acta referendum*, sed non recognoscendum esse, relicto producenti arbitrio ad illud provocandi, pron. *F. J. L. M.* Jun. 718. Suis igitur rebus haud male consulunt Magistratus, qui Privilegia sua typis mandari iisque, quorum ignorantia noxia esse poterat, insinuari curant, item Publicata & impressa.
GAIL. l. 1. Obs. 1. n. 8. *BLUM. Proc. Cam. t. 39. §. 4.* quod observatum in *Mandato Executivo Generali* Universitatis Academicæ Lipsiensi a *Joh. Georg. I. Elect. Sax.* vivæ memoria, concessio *d. 27. Jul. An. 1652.* & clementissime renovato ampliatoque ab *AUGUSTO, Reg. Polon. & Elect. Sax. Potentissimo d. 28. Maji. A. 1716.* Pro isto jure etiam agnoscuntur Privilegia, communis notitiæ gratia, in Publico Loco affixa appensæve. *d. l. 12. l. 9. C. ad L. falcid.* Quodsi vero ex Privilegio petatur e. g. Jura singul. & non notoria produc. & recognoscenda sunt. hæreditas a conjuge &c. vel aliud Jus exerceatur, quod pro notorio agnosci non possit. *a. c. 3. X. d. testib. cog. probatione opus est & Statuti Jurisve singularis recognitione: nam hujusmodi locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta sunt facti & probabiliter ignorantur. l. 1. C. d. mand. Princ. c. 1. d. constitut. in 6. atque ex privilegiorum inspectione cognoscuntur. c. 7. X. d. Privileg. UDALR. ZASIUS l. 1. Conf. n. 109. GAIL. l. 1. Obs. 1. n. 9. MENOCH. lib. 1. præsumt. 14. n. 15.* adeoque vel ipsa originalia ad recognitionem sunt producenda, vel eadem in forma probante exhibenda, neque enim Originalium vice vidimata copia admittitur, certitudinem sufficientem haud pariens. *conf. BLUM. Proc. Cam. t. 39. §. 8. t. 46. §. 33.* inde haud raro, etiam Magistratuum subscriptione munita

nita, Statutorum & Privilegiorum exempla. a. c. 2. X. d. *fid. instrum.* non vulgari cum sollicitudine examinata esse memini, quò constaret de Libri Statutorum integritate, auctoritate ac fide, ante, quam transfumti authentici recognitio injungeretur.

Recognoscenda haud
sunt Documenta quæ
probandi vim non
habent.

ut Nudæ copie.

attestationes privato-
rum scriptæ.

Rozuli Summar. Exam.
testium continentes.

XVIII. *Ut verò imperari possit recognitio documentorum requiritur illis inesse vim probandi*, quia actus frustraneos jura aversantur. *l. 14. §. 1. ff. ut legator. seu fideicommiss. serv. caus. cav. O. P. S. h. T. §. II. verb. Allein ehe es.* quam ratione instrumentorum publicorum & privatorum, Originalium & vidimatarum copiarum, ad O. P. S. T. 24. *disp. præcedente à §. 1. ad 12. expendimus.* Nudæ igitur *Copie. a. l. 2. ff. d. fid. instr. CARPZ. P. 1. C. El. 17. d. 25. item attestationes scriptæ privatorum recognoscendæ non sunt. a. l. 3. §. 3. ff. d. testib. l. 9. pr. §. 1. C. eod. ceu jud. S. C. P. L. Term. Luc. A. 1693. in C. D. v. D. R. Z. N. :/ A. v. E. mit Recognition aber der sub L. M. und N. bleibt er verschonet, nec Rozuli in Summarissimo Possessorio usurpati in Possessorio Ordinario aut Petitorio, quoties hoc ordinario Processu tractatur inter eosdem, recognitionem merentur: tale enim Examen testium, sive ad partis instantiam coram Notario, sive apud Judicem, expeditum fit, ad versa parte non citata nec admittis interrogatoriis, absque data veritatem exactè indagandi copia, est consummatum, adeoque in Processu Ordinario virtutem suam exserere non potest, ubi plenissima requiritur omnium circumstantiarum investigatio, sicuti judicavit S. C. P. L. Term. Reminiscere 1694 a. c. 9. X. d. *probaz. j. clem. 2. d. V. S. DN. RIVIN. ad h. t. en. g. GUID. PAP. dec.**

DISP. XIV. Tit. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

dec. 136. n. 2. conf. Disp. X. Proc. ad O. P. S. T. 20. §. 1 n. 2.
 Aliud vero obtinet Examine testium in Ordinario pos-
 sessorio solemniter perfecto, istud enim etiam in Petito-
 rio Ordinario, inter easdem personas, invenire potest
 locum, adeoque tum, ad sublevandas probationes,
 merito recognoscitur. a. l. 1. j. l. 8. C. ad L. Fab. d. Pla-
 giar. GUID. PAP. dec. 136. n. 1. CARPZ. Proc. t. 13.
 n. 82. seq. maxime si testes vita excefferint. a. l. 41. C. d.
 liberal. caus. iis enim superstitibus repetitur examen,
 desiderante eo, contra quem fit testium productio,
 l. f. C. d. testib. c. presentata. so. X d. testib. vel etiam pro-
 baturi arbitrio. a. c. 43. X. eod. MASCARD. d. Probat.
 concl. 33. n. 11. seq. CYNUS ad l. 2. C. d. edend. n. 2. Ef-
 fecit etiam ultimarum voluntatum conservandarum
 favor ut Registratura judicialis, Testatoris intentio-
 nem declaratam coram testibus complectens, reco-
 gnitioni non subduceretur. a. l. f. C. d. testam. verb. §
 hoc post mortem testatoris jurati deponant. CARPZ.
 P. 3. C. El. 3. d. 35. DN. BERG. ad O. P. S. T. 20. not. 8. p.
 638. seq. Et quoniam Instrumenta Notariorum, quæ
 conventiones partium comprehendunt, ad verita-
 tem gestorum conservandam conduntur, & fide pu-
 blica sustinentur. a. l. 17. C. d. fid. instrum. c. 15. X. eod.
 R. J. d. A. 1512. t. von offenen Notarien wie die ihre
 Memter üben sollen. §. 1. 10. 13. 15. 16. eorum recogni-
 tionem in Processu Ordinario, sub præjudicio, in-
 jungendam esse censuit S. C. P. L. Term. Trin. 1714.
 in C. O. F. v. D. :t. W. H. v. N. Imo ne Notariorum
 quidem copiam vidimatam, in Processu summario
 aut Ordinario, pro re nata, à recognitione excludi ad

at recognosci debet
 Examen testium in
 Ordinario Processu
 expeditum, urgenti-
 bus circumstantiis.

Efficit, recogn. videas Re-
 gistratur. Summ.
 Exam. test. in Caua
 testam. continentem.

Instrum. Not. super
 convent. confectum.

Notariorum vidimus
 arb. jud.



O. P. S. T. 24. D. 13. §. 3. deductum est, quamvis facile largiamur, amisso originali, Copiam hujusmodi Originalis vim neutiquam habere, cum soli Vidimus haud tribuere queat casus fortuitus, quo perditum forte est instrumentum, istam probandi virtutem. *fac. l. 20. l. 21. C. d. probat. Conf. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 10.* Scripturæ quoque lituris & correctionibus deformatæ veniunt recognoscendæ, quoties inde depromi queunt cogniti, tractati vel etiam consummati negotii fundamenta; siquidem istis indicii aperitur rei gestæ veritas. *a. l. 1. §. 1. §. f. ff. d. bis que test. del. id. d. 1. en. 12.* nec non, si deliberato evenerint rasuræ, interlineaturæ, additamenta, Partibusque aut Judicibus &c. de eo in subscriptione testari visum sit. *a. d. R. §. 13. l. 1. ff. d. bis que test. del. conf. dicta h. t. §. 8.* Interim consulto cancellata, scissa, inducta, deleta, quamvis legi queant, probandi virtute regulariter excidunt. *l. 1. ff. d. bis que in test. del. l. 24. ff. d. probat. l. 30. C. d. testam.* adeoque etiam haud recognosci merentur, sive, ut loqui solent in foro, irrecognoscibilia sunt, quod ita intelligendum ut talis circumstantia, in dubium principaliter vocata, recognitioni ansam præstare queat, veluti cum inductio propria creditoris manu & destinatione facta esse affirmatur, idque ex ipsius *id est* evinci potest, copiarum etiam, ante lacerationem vidimatarum, recognitio, jure petitur. Dn. BERG. *ad h. t. obs. 3. not. 8. p. 764.* siquidem ea occasione ad purgatorium vel suppletorium juramentum quandoque via paratur, aliudve adminiculum probationis inde desumitur. De Syllabis summis-

it. scripturas lituris
&c. deformatas.

Interim non recogn.
Documenta cancella-
ta, scissa, deleta.

declaratio.

De Syllab. & Extract.
rem.

fummisque probationi haud fervientibus & Partibus
 Originalium Extractibusque actum est *O. P. S. T.*
24. §. 18. ex quibus arbitrium Judicis, pro materia
 substrata adhibendum, colligi potest. *a. l. 1. §. f. ff. d.*
edend. l. 32. ff. d. usur. l. 3. §. 2. ff. d. testib. Instrumenta
 subfignata, ob sigillum appositum, ex quo consen-
 sus colligitur, etiamsi destituantur subscriptione,
 sunt recognoscenda, dummodo, cujus sigillum &
 quare impressum sit, appareat, licet documenta ab
 aliis scripta fuerint. *l. 15. §. 1. ff. d. testam. mil. j. l. 39.*
ff. d. pign. act. l. 26. §. 1. ff. d. pignor. l. 2. C. d. reb. al. non
alien. MENOCH. *d. A. F. Q. l. 2. cas. 113. n. 3.* KLOCK.
V. 2. Conf. 40. n. 113. CARPZ. *P. 1. C. El. 17. d. 21. l. 3.*
Resp. 79. n. 12. seq. HENNIG. GOEDEN. *Conf. 109. n. 11.*
 BERLICH. *Part. 1. concl. 36. n. 35. conf.* COLER. *d. Proc.*
Execut. P. 3. c. 1. n. 128. siquidem furtiva surreptio &
 impressio signi haud praesumitur. *a. c. 2. X. d. fid. instr.*
l. 51. ff. pro soc. atque hoc inprimis sigillo publico ac-
 cedente obtinet. *a. c. 2. X. d. fid. instrum. j. clem. un. d.*
Probat. hinc Magistratuuum similiumque officialium
 signacula intuitu officii, nec non Regum & Prin-
 cipum &c. impressa, recognitionis necessitatem pa-
 riunt regulariter *d. 2. c. RULAND. d. Commiss. Part. 2.*
lib. 5. c. 30. n. 4. UMM. *ad Proc. Disp. 17. n. 10.* BEUST.
ad l. admonendi. ff. d. jurejur. n. 784. in negotio enim
 speciale praesudicium pariente solum sigillum suffi-
 cere non solet, neque fraudis suspicione existente,
 cum sub & obreptio tunc facile praesumatur, quod,
 addito minus usitato Principis signo, consideratum
 memini. *a. c. 6. X. d. fid. instrum. j. N. 114. c. 1. BEUST.*
d. l.

at recognoscendum
 docum. saltem subfi-
 gnatum.

ampliato.

It. a nobis nostrove
nomine scriptum &
subscriptione ac sub-
signatione destitutum.

declaratio.

d. l. n. 779. STRYK. Uf. Mod. π. l. i. t. 4. §. 14. Nonnunquam scripta a nobis nostrove nomine documenta recognoscenda sunt, quamvis iisdem neque subscriptio nostra neque subsignatio accesserit, dummodo animus se firmiter obligandi ex iis colligi possit, aut aliunde doceri: nam contingere potest ut fidem sibi invicem contrahentes in loco remoto de conventionione aut obligatione agnoscenda dent, subscribendi tamen occasionem non facultatem non habeant, quo casu, inter tractatus consignatam scripturam pro consummata haberi, idque coram testibus aliove modo efficaciter declarari, nihil prohibet, cum in conventionibus voluntatem potius, quam verba, spectemus. *l. 219. ff. d. V. S. l. 34. ff. R. F. j. l. 19. C. d. fid. instrum. O. P. S. b. t. §. Weil es auch II. verb. Wan sie gleich nicht seine Hand und Siegel haben. Conf. CARPZ. Proc. t. 14. art. 2. n. 34. seq.* aliter tamen judicandum est si quis nec explicite nec implicite sit nominatus in instrumento: tum enim tenorem scripturæ ad eum, a quo recognitio desideratur, pertinere non liquet. *a. l. 21. C. d. probat.* adeoque, nisi aliunde appareat ipsum concernere negotium, is, adversus quem documenti fit productio, ex eo haud obstringetur, res enim inter alios acta aliis non præjudicat. *l. 63. ff. d. re jud.* neque opus est id recognosci, quod probationi nullum præstat adminiculum. *l. 21. C. d. probat. l. 11. ff. d. O. & A. CARPZ. l. 3. Resp. 81. n. 21. seq. BALD. ad. d. l. 21. C. n. i. MENOCH. d. A. F. Q. l. 2. cas. 91. n. 25.*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

XIX. Equidem, si Jus Commune consulas, Instrumenta Publica absque recognitione probandi virtute pollent, eam enim ab auctoritate legis habent. *c. 2. c. 9. X. d. fid. instrum. l. 15. C. eod. l. 11. C. qui por. in pign. adeoque recognitio supervacua est.* BALD. *ad. d. l. 11. C. n. 11.* RULAND. *d. Commissar. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 22.* MEV. *P. 4. dec. 147. n. 9.* COLER. *d. Proc. Execut. Part. 2. c. 1. n. 92.* unde *Ord. Proc. Elect. Brand. Magdeb. d. A. 1686. t. 35. §. 1. ait: Daß die Instrumenta publica keiner recognition bedürffen,* id vero inspectionem documentorum accuratam non excludit, cum possint etiam in hisce instrumentis, ob formæ publicæ defectum, variasque causas, enasci suspiciones falsi, ceu haud dissimulat Justinianus Imperator in *N. 73. proœm. §. c. 6. X. d. fid. instrum.* examinatis circumstantiis, persequitur. *j. l. f. C. d. Edict. div. Hadr. toll.* unde videas in foris perpendi an figillum, quod appensum est, recte se habeat, nec in illius qualitate, appensione, integritate, quicquam vitii appareat, num stylus negotio conveniens & usitatus sit adhibitus, subscriptionemque is fecerit qui fidem conciliare instrumento queat, & circa literarum formam, diversitatem, scripturæ novitatem, vetustatem, raturas, colorem, obscuritatem, abbreviaturas similiaque suspecti quicquam conspiciatur aut deprehendatur. *conf. MEV. d. l. HEIG. 2. quest. 7. n. 32.* RULAND. *d. Commissar. Part. 2. l. 5. c. 29. 30. it. Disp. h. §. 5. 6. 7. 8. 9.* At *Jure Sax. El.* Publica quoque instrumenta citra recognitionem haud probant regulariter, ob generalitatem. *O. P. S. h. T. §. I. & II. j. l. 8. ff. d. publ. in rem act.*

Jure Communi Instrumenta Publica absque recognitione probant.

inspectio eorum tamen salutaris est.

ad defectus detegendos.

Jure Sax. El. etiam publica instrumenta recognoscenda sunt.

l. 23. ff. d. S. P. U. & observantia virtutem. a. l. 37. ff. d. legib. CARPZ. P. I. C. El. 17. d. 20. quam approbavit Dec. El. 74 idemque fori usus tuetur. PHIL. ad d. Dec. Obs. 1. CARPZ. l. 3. Resp. 82. n. 4. seq. licet nondum in vim legis publicata Ord. Proc. b. t. ad reducendum Jus Commune, in instrumentis in judicio confectis, confirmatis, aut ad Acta publica relatis, inclinet. conf. Dn. BERG. ad T. 25. Obs. 1. temperari tamen eam generalitatem non immerito ita, ut de negotio plenissime consummato fide publica undiquaque, etiam ex sigillo & subscriptione Actuarii & Praefecti in Praefecturis, constet, expedit, atque tunc non tam cura inspectionis cessabit quam ipsa recognitio & interlocutoria, quae eo nomine ferenda alias est, sententia, emergente autem dubio, utrum productum pro instrumento publico agnosci possit, nec ne, arbitrio judicis, posteaquam partes sunt audita, dirimenda erit controversia. fac. l. u. C. qui pot. in pign. quod novis ambagibus, nisi certa definiatur instrumenti hujus publici forma, viam aperire potest.

inclinat concept. Ord. Nov. Proc. nondum public. ad Jus Commune.

in quem eventum formam publici instrumenti determinari expedit,

Recognoscendae sunt in Sax. El. etiam scripturae alienae.

XX. Recognoscendae sunt scripturae non saltem propriae. *Auth. contra qui propriam. C. d. non num. pecun. sed etiam apud nos alienae, quoniam Jure El. Sax. sine recognitione scripta non probant. O. P. S. h. T. §. Weil es auch II. verb. daß ein jedweder die brieflichen Urkunden, welche sein Gegentheile wieder ihn produciret, wann sie gleich nicht seine Hand und Siegel haben, zc. zu recognosciren angehalten wird, possunt vero aliena manu consignata variis ex causis nobis prodesse aut nocere, adeoque certo cognoscendum*

dum est numis, contra quem scriptura vim probandi habere debet, eam recognoscendo fateatur esse istam, quæ intentioni producentis serviat, nec ne. *a. l. 25. §. f. ff. de probat. j. clem. 1. d. Procurat. l. 16. ff. ad Sc. Maced.* CARPZ. *Proc. 1. 14. art. 2. n. 54. seq.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. c. 2. p. 714. n. 350.* dummodo probabiliter is, contra quem scripti productio suscipitur, illius noticiam habeat. HARTM. PISTOR. *Obs. 196. n. 4.* NICOL. *Proc. c. 53. n. 9.* nam alias ad diffensionem in Saxonia nostra admittitur. Dn. SWEND. *c. l.* Pro mere alienis autem non habentur scripta a Tutore, curatore, factore, &c. patre, filio, uxore, quatenus eos, adversus quos producuntur, tangunt, exarata. *a. l. 8. ff. d. administr. tut. vel curat. l. 1. C. d. institor. act.* BORGIN. CAVALCAN. *P. 2. dec. 27. n. 55. seq.* UMM. *ad Proc. Disp. 17. n. 24.* Neque recognitioni se subducere licet parti, ob difficultatem in perlectione emergentem, quando adhibita, quam negotium exposcit, opera idoneus erui sensus potest, item abbreviaturæ signaque haud incognita neutiquam impediunt recognitionem. *R. F. d. A. 1512. r. von Offenen Notarien. §. 19. l. 40. ff. d. testam. milit.* incidente de quo iudex arbitrat. *de quo iudex arbitrat. &c.* autem singulari difficultate iudex de eo arbitrat, an recognitio imperari possit. *fac. N. 107. c. 1. l. 9. §. 4. ff. d. her. inst. l. 33. §. 1. ff. ex quib. caus. maj. l. 6. §. f. ff. d. bon. poss. j. l. 1. §. f. ff. d. jur. delib.* unde, cum Crinan probabiliter ratione indicare deberet nomen Christian, atque hinc moveretur dubium circa recognitionem ex voto producentis haud factam, num pro sufficiente agnosci posset, liberis scribentis inuncta recognitio

rectior in *S. C. P. L. Term. Trin. 705. verbis: Daß N. das Doc. sub A. besser als geschehen, sub pena recogniti, zu recognosciren, oder dessen Principalem solches eyblich zu diffiren schuldig, in C. C. B. E. 1: H. H. v. Z. conf. RULAND. d. Commissar. Part. 2. lib. 5. c. 29. n. 26. CAROL du FRESNE Gloss. ad script. med. & inf. Lat. verb. Noæ. p. 754.*

Recogn. instrumenta
subscripta sed non si-
gillo munita.

quamvis antiqua sit
scriptura.

XXI. Quodsi instrumento non adjectum sit sigillum, eidem tamen accesserit subscriptio ejus, quem negotium tangit, nullum recognitioni injicitur impedimentum: Nam obligatio consensum ejus, qui subscribendo eam agnovit, continet, adeoque probationi recognita servit. *l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. 17. C. d. fid. instrum. j. l. 1. pr. §. 2. ff. d. pact. l. 25. §. f. ff. d. probat. cui nihil ex defectu sigilli detrahitur, cum leges formam sigilli non desideraverint. a. N. 18. c. 5. CARPZ. P. 1. C. 17. d. 22. NICOL. ad Proc. c. 53. n. 7. CAMILL. BORELL. Conf. 40. n. 40. seq. KLOK. V. 2. Consil. 62. n. 6. Quamvis autem ipsa antiquitas scripturæ illius fidem certa ratione minuatur. a. N. III. proæm. ex circumstantiis tamen, eò, quod non suspecta antiquitas tacitam commendationem continet opinionemque veritatis parit, & ex forma, stylo illius ætatis, manu ex aliis scriptis indubitata, similibusque fides elevari potest, hinc solam antiquitatem non remorari recognoscendi necessitatem liquet. conf. DECIUS. Conf. 36. n. 6. MASCARD. d. Probat. concl. 139. n. 19. maximè quia in antiquis etiam imperfectas probationes haud solemus adspernari. a. l. 28. ff. d. probat. c. 47. X. d. testib. l. 29. §. sed ne aliqua. C. d. testam. proin-*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

proinde ex antiquitate documenti, omnibus, quæ fidem illius promovere & minuere poterant, perpenſis recognitionem arbitrio judicis imperatam eſſe mini. *Conf. BERL. P. 1. Concl. 44. n. 36. ſeq. j. RULAND. d. Commiſſ. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 16. ſeq.* Etiam inſtrumenta, quæ in lingua peregrina producuntur, recognitioni haud ſubducuntur, dummodo ea per interpretem in linguam vernaculam verrantur, atque ita tempeſtivè communicentur: nam aliàs de lingua incognita excipere permittitur, pronunciarique poeſt: Daß vor allen Dingen die in N. Sprache producirte Documenta durch einen oder zweene Dolmetſcher, derer ſich die Parteyen vergleichen werden, vermittelbſt Cydes in Teutſche Sprache überſetzt werden. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 623.* quæ conventio de interpretibus tanto ſalutarior eſt, quanto major inter Jctos eſt de numero ac fide & peritiã eorum contentio. Nam unum ſatis idoneum regulariter ſufficere, qui interpretationem faciat, probabili ratione defenditur. *a. l. 1. §. f. ff. d. V. O. ubi,* per verum interpretem, nec linguæ imperitus nec fallax, exprimitur. *GOEDD. d. Contrab. vel committ. ſtip. C. 3. concl. 10. n. 185.* qui potius phraſi & genio ſermonis, quam ſolis verbis, inhærere debet. Dn. STRYK. *diſſert. de Negot. per interpretem geſt. c. 2. n. 3.* illique, tanquam artificii interpretationis probato ac jurejurando adſtricto, creditur. *a. l. 12. ff. d. Stat. bom. l. 14. ff. d. doz. præleg. N. 7. c. 3. §. 2. UDAL. ZASIUS ad l. 1. §. f. ff. d. V. O. n. 5. ſeq. p. m. 463. MANTIC. d. Conjeçt. ult. vol. l. 3. r. 1. n. 35. conf. ALCIAT. comment. ad d. l. 1. §. f. verb. interpretem. n. 16. ſeq. j. Ord. Proc.*

arbitrio jud. non excluſo.

aut in peregrino idiomate ſcripta, dummodo in vernaculam verſa ſint.

Cautela

ab interprete idoneo. ubi ſufficit unus interpretres.

jurejurando ad hoc devinctus



nondum publ. h. t. §. Die Documenta. ibique Dn. BERG. obs. 3. not. 4. p. 759. quod multo magis obrinebit si Notarius jurejurando devinctus, aut persona Judici Publica satis perita, eodem modo ad hoc officium interpretationis sit adstricta. a. l. 2. C. d. ponderat. & auri illat. quemadmodum Collegium Jctorum de adhibendo perito interprete etiam requisitum esse recorder. Nam Notarium, vi præstiti juramenti, sufficere rationes à Dn. CARPZ. dec. 234. seq. allata non evincunt, cum istud negotium non Notarii, tanquam Notarii, sed interpretis sit. a. N. 7. c. 3. §. 2. nisi aliud in Notario it. Actuario constantes mores specialesve leges receperint. a. l. 37. ff. d. legib. l. 80. ff. d. R. F. conf. Ord. Cam. d. A. 1555. P. 2. t. 31. §. 7. Dn. BERG. d. l. Interim eum, qui adhibitus est, pro re nata, ad confirmandam jurejurando interpretationem, admitti videas, Conf. Dn. RIVIN. ad b. 2. en. II. ubi formula circumspicte merito determinata: Würde J. B. seine Übersetzung der Documenten ic. vermittelst Eydes bestärcken, und, daß solche mit denen Originalien richtig überein kommen, schweren, inmaßen billich geschiehet, so wäre Befl. solche zu recognosciren ic. schuldig. conf. Disp. Proc. nostra IV. ad T. 2. §. 6. Cessat vero in adscito interprete, uno pluribusve, jurandi necessitas si partes illi juramentum remiserint. a. c. 39. X. d. testib. O. P. S. t. 20. §. Wann es nun. CARPZ. dec. 234. n. 19. contra singulos quandoque calculatores, quo major illi concilietur fides, ad suum calculum jurejurando confirmandum adigi constat. a. d. N. 7. c. 3. §. 2. id quod observatum in Actis ad F. F. L. transmissis M. Jul. 1718. Cæterum declinari

nisi e. g. in Not. aut
Actuar. aliud specia-
liter receptum.

vel jusjurandum à
partibus remissum
fuerit.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

nari non potest recognitio documenti propter pra-
 termissam documentorum consuetam specificatio-
 nem, quæ articulis probatoriis aut demonstratoriis
 subijci solet, quoniam ista specificatio salutaris, ve-
 rum à Jure, tanquam formale requisitum, imperata
 non est. *a. N. 18. c. 5.* dummodo instrumenta sint ad ar-
 ticulos probatorios, juxta normam *O. P. S. T. 24. §. 1.*
 inducta copiarque illorum subjunctæ. *Conf. Dn. RIVIN.*
ad h. t. en. 19. de quo actum pluribus ad d. T. 24. Disp. 13.
 §. 12.

Recognitio docum.
 declinari nequit sub
 prætextu omisæ spe-
 cificat. instrum.

XXII. *Recognitio documentorum*, quippe quæ est
 actus magni præjudicii, cum habeat vim confessionis.
l. 25. §. ff. d. prob. regulariter expediri debet in Judi-
cio. O. P. S. h. T. §. 211e. ubi causa agitatur, siue eadem
 tota illic ventiletur, siue probatio ibidem expediatur.
a. l. 4. §. ff. edend. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 24. re-
quisito 1. hinc transferri nonnunquam haud exiguam
 instrumentorum molem videas, ad actum recogni-
 tionis faciendum, quem quis frustra declinatum it
 scripto, quo continetur recognitio, ad locum judi-
 cii transmissio, talis igitur recognitio pro inutili de-
 clarata est in *F. J. L. M. Aug. 704.* siquidem *P. 1. C. El. 1.*
 jubet oretenus, von Wunde aus in die Feder, procedi,
 infinitisque litibus via aperiretur, si scriptum a se,
 suove nomine satis legitimato, profectum esse pars
 negaret; maxime cum actus hujusmodi, ut supra di-
 ctum, speciale mandatum exigat. *Conf. Dn. RIVIN.*
ad h. t. en. 16. Nonnunquam verò accidit ut instru-
 menta Originalia sint pars Actorum in certo iudicio,
 eaque ab iis separari iudex non patiatur, litigantibus
 judi-

Recognit. fieri debet
 in loc. jud.

quid in instrumentis,
 quæ alibi sunt pars
 actorum observari
 possit monetur.

1700 11

judiciove id periculo cessurum esse metuens, cum facile transmissa corrumpi, laedi aliove modo vitari queant, inde recognitionem in judicio, in quo acta asservantur, fieri exposcere potest, ceu visum. *Supr. Cur. Prov. Lips. M.* Sept. An. 98. vicissim, quories, causa forte finita, aliisque circumstantiis urgentibus, Originalibus carere potest Judex, eadem ab actis separari, atque, ad integritatem eorum conservandam, copias vidimatas in illorum locum substitui jubet, ceu, ratione certorum documentorum, *d. Mensē*, similiter decretum est. Præterea in Archivo Publico recondita instrumenta ex eo transmitti quandoque concedit judicium. *conf. CARPZ. Dec. 235. n. 13. in præjud.* quandoque in transmissionem haud consentit; proinde tum, si per interpositas personas, de instrumenti qualitate & substantia fides non fiat, per modum Commissionis aut Requisitorialium expediendus est actus recognitionis, atque judex delegatus vel requisitus committentis vel requirentis officium expedit, ipso justitiam promovendi studio & æquitatis norma ad promptitudinem ipsum invitante. *l. 1. §. 1. ff. d. off. ej. cui mand. est. jur. j. l. 2. §. 5. ff. d. aqu. & aqu. plu. arc. act. l. ff. d. jurisd. c. 4. X. d. fid. instrum. l. 18. C. eod. l. 12. §. 4. C. d. reb. cred. & jurej. CARPZ. d. l. n. 8. seq. l. 3. Resp. 80. n. 3. id Proc. t. 14. art. 2. n. 80. seq. NICOL. Proc. c. 53. n. 8.* Sumtus autem extraordinarios, quibus ansa hoc modo datur, pars ea, quæ instrumenta producit, pendere, imo, urgente justa ratione, etiam alteri prænumerare tenetur. *a. l. 11. C. d. testib. l. 4. §. ff. d. edend. Conf. Dn. RIVIN. h. t. en. 18.* at, cum

locus est in documentis alibi existentibus aliquando Commissioni aut Requisitioni.

Sumtu producentis, ubi arbitrio judicis quandoque est opus.

cum utriusque concurrat utilitas, iudex, utrum expensæ sint æqualiter an inæqualiter præstandæ, arbitratur. *a. l. 12. §. 4. C. d. reb. cred.* Sape etiam tanti sunt momenti documenta ut ad transmissionem faciendam perveniri nequeat, quod apud Mercatores etiam subinde hoc in Mercator. libr. recogn. obtinet.

subinde, Extractibus ad Acta relatis, cum ipsi libri, die *Haupt-Handels-Bücher*, recognoscendi sunt, contingere solet, quippe quibus, sine turbatione commercii, carere res magnæ difficultatis est, idemque in aliis quoque accidere potest instrumentis, tunc igitur ipsa necessitas extra locum ordinarii iudicii expediri recognitionem imperat. Imo si valetudinarius Senex atque in Valet. Senib. illustris & Originalis qualitate tantum se judicare posse ex illustrib. &c. domi coram ablegatis fit non raro recognitio.

probabilibus argumentis contendat, mandatariumque constituere detrectet, denegari recognitio, in domo recognoscentis privata aut propinquo iudicio suscipienda, nequit, sumptibus ejus qui hanc missionem ad domum in specie fieri desiderat. *a. l. 15. ff. d. jurej. j. l. 4. §. f. ff. d. edend. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 719. BERL. P. 1. Concl. 44. n. 4. seq.* Neque aliud sentientium non in causa à Jud. Partiumque arbit. dependente, iis consentientibus,

dum videtur iudicis consensu intercedente in causa a partium illiusque arbitrio, in hoc passu, dependente, partibusque volentibus, aut non contradicentibus. *a. l. 5. l. 42. ff. d. adopt. l. 19. C. d. Pact. l. 8. ff. d. tranact. l. 18. C. d. fid. instrum. l. 19. C. d. testam. ubi enim acta in talibus sunt, ibi iudicium. a. d. l. l. 32. l. 30. C. d. donation. l. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss. serv. Dec. El. 38.* atque sic recognitionem coram delegatis a Regimine exoratis factam ac pro valida agnitam esse recorder.

F

COLER.

COLER. *Proc. Execut. P. 3. c. 1. n. 107. seq.* NICOL. *Proc. c. 53. n. 8. conf.* LAUTERB. *de Voluntar. jurisd. ib. 21. 44* Interim, deficiente probabili ad actum recognitionis domi &c. perficiendum causa, postulatis hinc haud defertur, pronunciatumque, daß B. suchen nicht stat hat, und ist er die producirt Documenta all hier zu recognosciren schuldig. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 720.*

*Recogn. 1. Simplex
aut Qualificata.*

2. General. aut Special.

General. fieri potest
per relationem ad
productionem.

et ad specificationem
*Licet etiam specialio-
ren, quam qua in spe-
cificatione expressa
est, facere produc-
tionem & hujusmodi
expositulare recogni-
tionem.*

XXIII. Diversum *recognoscendi modum* confideraturi e superioribus repetendum esse ducimus, *Recognitionem* aliam esse (1) *Simplex*, aliam *Qualificata*, sive eam, quam editio praecedit, (2) aliam *Generalem*, qua generalibus, aliam *Specialem*, qua specialibus verbis fit, de quibus in antecessum §. 1. b. *Disput.* actum est. Ubi haud praetereundum nimiam in recognoscendo generalitatem haud ferri, unde improbata cognitio his verbis suscepta: ich recognoscire die Obligation sub A. in F. J. L. Mens. Mart. 707. Verum ista, qua recognoscitur instrumentum *wo vor es von Producenten ausgegeben*, admittitur. *jud. d. F. M. Nov. 706. Conf. Dn. RIVIN. b. 1. en. 15. Dn. BERGER. ad b. 1. not. 10. p. 765.* pariter sufficientem esse recognitionem, qua fit per relationem ad specificationem, iudicatum esse memini. *a. l. 6. ff. d. R. C.* Sed, si specialio-rem, quam Specificatio complexa est, expressionem producens desideret, num illa jure petatur quandoque controverti videas. Equidem imputari potest parti, quod, formando specificationem, eam, quam status controversiae exposcit, sollicitudinem non adhibuit; siquidem culpa sua damnum sentiens

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

sentiens illud sentire non videtur. *l. 203. ff. d. R. F.* Verum, quia nihilominus plenior potest ad articulos facta esse documenti inductio, eamque haud negligi a Producto fas est. *a. O. P. S. r. 24. §. 1.* & nonnunquam haud prævifa emergit causa diligentiolem instrumenti excussionem postcens, veluti, si unus contrahentium, videlicet Sejus, saltem sit in specificatione nominatus & Cajus simul contractum cum producente celebraverit ejusdemque Inverventio facta sit metuaturve, aut alia notabilis circumstantia concurrat, quando productionis specialitas cum instrumenti tenore conspirat, rigori hic inharendum non esse putamus, partim quod specificatio animo renunciandi contentis documentorum facta haud creditur. *a. l. 25. ff. d. probat.* & probationum insignis est favor. *l. 21. C. d. heret.* partim quod ista specificatio, tanquam forma probationis, determinata non est, adeoque peccatus omitti absque vitio nullitatis potuisset, supervacua vero non nocent. *l. 65. ff. d. V. O.* partim quod deficit lex, quæ pœnam jure variandi privantem definiverit. *a. N. 2. c. 3.* Sed quoties Produccens in ipso Productionis actu ad specificationem Documentorum provocavit, & juxta illius tenorem Productus recognitionem fecit, posteaque, sine justa ratione, variare cupit, suum ipsi factum nocere par est. *l. 155. ff. d. R. F. l. 5. C. d. O. & A.* neque enim displicere illi debet conditio, quam ipse voluit. *l. 34. §. 2. ff. d. jurej.* & agnitio est instar acceptationis, postquam res desit esse integra. *a. l. 26. ff. deposit. l. 3. l. 4. ff. d. confess. l. 41. C. d. liberal. caus. c. f. de jurejur. in 6. j. l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus.*

caus. maj. MASCARD. d. Probat. concl. 343. n. 43. 48.
MOD. PIST. P. I. q. 23. n. II. COLER. dec. 123. n. 8.

XXIV. Specialis Recognitio Plenaria ut sit, ne-
cessè est, quæ absolvitur agnitione (1) Manus & Sigilli
(quod appositum est) O. P. S. b. T. §. desgleichen III.
quamvis Sigillum sit alienum & ignotum. a. b. T. §. II.
verb. Wann sie gleich nicht seine Hand und Siegel
haben. BLUM. Proc. Cam. t. 63. n. 51. unde sigillum
qui pro suspecto habet exceptive suæ suspicionis ra-
tiones adjicere potest, sæpe autem sigillorum alieno-
rum fides recognituro persuadetur ex Sigilli Publici
vel Privati heraldicis principiis, indiciisque ad Do-
minos Territorii, Jurisdictionis, Civitates, Familias
directis, similibusque, subinde initiales quoque no-
minis literæ probabilem reddunt illius veritatem, &
diffessionem impediunt. conf. RULAND. d. Comiss. P.

Recognitio debet esse
plenaria (1) Manus
& sigilli

etiam alieni & ignoti.

declaratio, quod sigil-
lum volente eo, qui
recogn. facit, appo-
situm sit necessaria
non est.
atque id apposuisse
creditur,

(2) Contentorum.

quæ in dubio præsu-
mitur

2. l. 5. c. 30. n. 9. seq. interim non exigitur declaratio
quod sigillum sit volente eo, qui recognitionem facit,
adjectum, hoc enim præsumitur. a. l. 15. §. I. ff. d.
testam. mil. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Conf.
CARPZ. P. I. C. 17. d. 16. n. 3. NICOL. Proc. c. 53. n. 8.
COLER. Proc. Exec. P. 3. c. 1. n. 128. DISS. BERL. P. I.
Concl. 44. n. 9. (2) Contentorum quoque agnitio neces-
saria est, nam Manus & Sigillum pro eo, pro quo ab ad-
versa parte producitur, recognosci debet. O. P. S. b. T. §.
III. verb. Daß es die Hand oder Siegel sey dafür
es vom Gegentheile ausgegeben wird. a. l. 15. C. d. ad-
ministrat. tut. l. 6. C. d. fidej. l. f. C. plus val. quod ag.
BERL. P. I. Concl. 44. n. II. CARPZ. Proc. t. 14. art. 2.
n. 61. seq. & talis quidem recognitio, in dubio, per
proba-

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

probabilem consequentiam, ex recognitione manus ac sigilli colligitur, nisi aliud indicetur, ceu visum *F. J. L. Mens. Jan. 705.* fit enim productio animo obligationis confessionem impetrandi. *a. l. 25. §. ff. d. probat.* quæ, sine contentorum explicita aut implicita agnitione, intelligi nequit. *a. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. n. 354. p. 725.* hinc, ob illius defectum, injungitur melior recognitio. e.g. *Dasß Beßl. seines Einwendens ungeachtet, auch den Inhalt des Documentis sub O. sub pena recogniti, zu recognosciren schuldig.* urgeri etiam plerumque in recognitionibus anni, mensis & diei, quo instrumentum est confectum, expressionem videas, quod non sine ratione contingit, siquidem posteriora documenta prioribus derogant. *a. c. 14. X. d. Procur. MARTINI ad O. P. S. b. t. §. 2. n. 77.* (3) *Bona fide facta non in præjudicium tertii, ut creditorum a. l. 1. §. 7. ff. quæ in fraud. Patron. KÖPPEN. dec. 46. n. 27. COLER. de Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 109.* hinc maritos, in quorum bonis subnatus est concursus, uxorum illata dotesve perentium chirographa magna cum promptitudine & benignitate sæpe recognoscere, at illas recognitiones, cum scripta sunt pendente concursu chirographa, parum aut nihil operari, nisi aliter veritas nominis doceatur, *a. l. 1. C. d. dote cauta non num.* sive creditores recognitionem istam impugnent, sive iudicibus ex officio desuper pronuntiandum sit, experientia fori evincit, idque in chirographo, etiam jurejurando corroborato, obtinet, ne creditoribus cum iniquitate præjudicetur. *a. l. 74. ff. d. R. J. L. f. C. d.*

etiam Anni Mensis & diei desiderio produc.

(3) bona fide facta.

declaratio in exempl. mariti.

Handwritten scribble at the bottom right of the page.

(4) pura, ohne unzulässigen Anhang.

Recognitio Jure Sax.
El. juramento confirmanda non est.

recogn. temerè impugnantibus coerceri iniquum non est.

non num. pec. c. 28. X. d. jurejur. ceu pron. F. J. L. M. Aug. 712. Conf. COLER. d. Proc. Exec. P. 3. c. 1. n. 116. 117. CARPZ. P. 1. C. El. 28. d. 73. Diff. FELIN. ad c. si cautio. 14. X. d. fid. instrum. n. 84. (4) Ut recognitio sit pura, non sub conditione illicita suspensa, aut cum additamento haud ferendo suscepta, a. l. 77. ff. d. R. J. nam imitatur litis contestationem, quæ fieri debet ohne unzulässigen Anhang. a. l. 8. ff. d. peric. S. comm. rei vend. Dn. SWEND. ad Fib. Process. p. 726. seq. nisi forte additamentum etiam litis contestationem haud remoretur e. g. quando id arbitrio judicantis purificatur, veluti, si documentum pro recognoscibili à judice habitum sit, recognosco: tum enim, ista documenti qualitate deprehensa, statim super recognitione pronunciari potest, ceu factum in F. J. L. M. Jul. 718. Cæterum, quamvis recognitionem jurejurando corroborari non pauci Dd. desiderent. RUTGER. RUL. d. Commiss. P. 2. lib. 5. C. 39. n. 12. COLER. de Proc. Exec. Part. 3. c. 8. n. 17. MEV. P. 4. d. 147. n. 3. j. id. Part. 6. d. 278. in Electoratu tamen Saxonie illa jurandi necessitas remissa est, & recognoscens jurejurando recognitionem confirmare non tenetur. O. P. S. b. T. §. III. in f. siquidem huic, in recognoscentis præjudicium factæ, confessioni, tanquam sufficienti, licet inniti. a. l. 13. C. d. non num. pecun. l. 25. §. f. ff. d. probat. j. l. 56. ff. d. re jud. CARPZ. P. 1. C. El. 17. d. 12. n. 9. MOLLER. Semestr. P. 4. c. 43. n. 1. seq. PHIL. ad Dec. El. l. Obj. r. n. 1. seq. Temerè recognitionem impugnantibus ob difficultates, quas sine causâ adversario movent, coerceri quidem apud nos regulariter haud solent, sed fieri

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

fieri id, arbitrio iudicum, iniquum non est; unde mulctam 5. th. intendit *Ord. Sax. El.* nondum in vim legis publicata *b. T. §. da hingegen. Dn. BERG. ad b. T. Obs. 3. not. 11. p. 766.*

XXV. Accidit autem nonnunquam ut, vice Etiā signi, vice nominis, adjecti recognitionis exigi potest. subscriptionis, signum e. g. † sit expressum, atque tum etiam illius recognitionis postulari potest, quia sufficit hoc, animo se obligandi v. g. chirographo intuitu mutui dato, esse subiectum. *a. l. 38. ff. d. O. & A. ANT. FABER. in C. l. 4. r. 16. d. 23. n. 4. seq. de quo actum est ib. 13.* pariter quando originale, cui subscriptionem suam addidit debitor, est in linguam peregrinam, debitori incognitam, translatum, is quidem recognitioni se simpliciter subducere nequit, nihilominus petere potest illius, per Peritum unum pluresve, versionem, iurejurando corroborandam, quò constet tenorem cum Originali conspirare, atque tum summarie procedi inquirique in fidem instrumenti necesse est, adversario etiam audito, qui se in Originale non consensisse contendit, ceu resp. *F. J. L. M. Sept. 706.* idem factum quoque, cum Mercator e libro Mercatorum in Lingua Italica conscripto ageret: nam ante accurata versio procuranda erat, postquam Originalis, & cum juratorum interpretum versio non nihil discreparet a priori versione, recognitionis Originalis & versionis utriusque injungebatur in *d. F. M. Jul. A. 1718.* verb. *daß Besl. seines Einwendens ungeachtet, das producirte Handels-Buch nebst der Uebersetzung f. 2. und 36.* sub pœna recogniti, zu recognosciren schuldig. quandoque recognitio sit manus & sigilli, sed contentorum distinctio. Quandoque recognitio sit manus & sigilli, sed contentorum distinctio.

nec non Originalis e lingua peregrina versi,

idem in Libro Merc. in ling. peregr. conscr. obtinet.

quandoque recognitio sit manus & sigilli, sed contentorum distinctio.

recognitio, at contentorum admittitur diffessio. Quodsi enim recogniturus, Chartas Blancas se tradidisse producenti easque non restitutas esse, aut hujusmodi chartas furtive sibi subreptas & probabiliter ad ipsum translatas, doceat, aut sufficientia falsi indicia probet deducatve, justa emergit obligationis per falsum constitutæ suspicio præsumtiove, atque tum veritatis indagatio, ad detegendam malitiam falsarii, & propter favorem debitoris liberandi. *a. l. 47. ff. O. & A. l. 8. §. 1. ff. d. procur.* cum de ipso per fraudem circumveniendi actum est, in Ordinario quoque aut Summario Processu, necessaria deprehenditur. *a. Landes-Ordn. d. A. 1555. l. versagte Brief und Siegel. verb. unverfälschten Brief und Siegeln,* seu de illo resp. *F. J. L. M. Sept. 716.* ne adversus justitiæ normam, qui in contractum haud consentit, ex eo condemnnetur, quod, emtione vice locationis conscripta & à non relegente, suasu alterius, subscripta, iniquum censuit. *l. 5. C. Plus val. quod ag. j. l. 15. ff. d. jurisd. CARPZ. P. 1. C. El. 17. d. 42. n. 12. COLER. d. Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 130. MENOCH. l. 3. Præsumt. 66. n. 21. 22.* quamvis interim, donec detegatur illa circumstantia, obligatio pro valida agnoscenda sit. *a. l. 2. ff. d. probat. l. 5. C. d. injur. l. 1. C. d. contrab. vel committ. stipul. §. 11. F. d. inur. stipul. dd. Dd.* Unde cautelam suggerit FINCKELTHUS. *Obf. 8. n. 18. seq.* ut indicia factave, falsum arguentia, libello actionis comprehendantur & conscientia rei committantur. *a. l. 11. §. 3. ff. d. jurejur.* quæ cautio tum demum, quando adversarii fides suspecta non est, & status causæ ac concurrentia momenta Processus id patiun-

patiuntur, locum inveniet. Sed in Executivo Processu regulariter instrumenti guarentigiati virtutem, hoc modo, excludi non æque facile admittetur, potius illa exceptio falsi in reconventionem rejicietur. *a. Dec. El. 2. P. 1. C. El. 8 Dn. RIVIN. ad b. T. en.*

24 25. FINCELTHUS. *Obs. 8. n. 10.* verum, quoniam Executivus Processus quandoque etiam, in certo puncto incidente, e. g. legitimacionis ad causam &c. similive, in summarium degenerat, omnino urgentes falsi præsumptiones, etiam hic, illius indagacionem requirent. *a. l. f. C. d. ord. jud. l. 22. C. ad L. Cornel. d. fals. Dec. El. 88.* maxime cum gravitas præjudicii, ad universum jus agendi, tanquam fundamentum intentionis extingendum falsumque instrumentum removendum, tendens, ne quidem processum hunc civilem executivum simpliciter suspendi, donec cognita sit falsi quæstio criminalis, impediatur. *dd. ll. CARPZ. l. 2. Resp. 52. n. 8. seq. PHIL. ad d. dec. Obs. 1. n. 31. seq.* hinc operose nonnunquam de admittenda aut improbanda contentorum diffeffione in judiciis contenditur, & in *Facult. Jur. Lips.* Mens. Jul. 710. juramentum reo posse injungi hujus tenoris visum; Wann L. daß er besagte contenta weder geschrieben, noch mit seinem Wissen und Willen schreiben lassen, sondern gänglich glaube und dafür halte daß zu ermeldeter Exrenfion ein von ihm unterschriebener Auszug, Correspondenz-Brief oder dergleichen abgesehnittenes Stückgen Papier, zur Ungebühr, gebrauchet sey, zu schweren sich getrauet &c. eaque sententia tandem lata, ac diffeffione, secundum illam, subsecuta reus est absolutus. *conf.*

it. Executivo ob prægnantes circumstantias urgentes.

ex. formulæ.

G

Dn.

non autem cum quis
extensam obligatio-
nem subscripsit.

nisi vim instrumenti
elidens circumstantia
in continenti probe-
tur.

Recognitio admitten-
da etiamsi injuncta
fuerit per rem judi-
catam diffessio.

Dn. BERGER. *dissert. de mod. declinand. recogn. §. 27.*
J. G. WINCKLER. *dissert. de Jurata diffess. recognita manu. th. 26. §. præc.* Interim contentorum diffessione in hoc Proc. Executivo non solet relinqui locus, si quis obligationem extensam subscripsit. Dn. RIVIN. *d. Except. c. ult. n. 15. ubi præj.* tum enim dolus vel error intercessisse, aut aliud actum esse, non creditur, sed subscriptio animo se obligandi ad illud, quod scriptura continetur, præsumitur. *a. l. 2. §. 5. ff. testam. quemad. aper.* nisi ista exceptio incontinenti probetur. e. g. per literas reversales, quibus manifeste evincitur, cum simulandi intentione subscriptum esse chirographum, obligandique animum defecisse. *a. l. 1. l. 2. l. f. C. plus val. quod ag. FINCKELTHUS. Obs. §. n. II. COLER. d. Process. Execut. P. 3. c. 1. n. 130.* aliàs exceptio talis plerumque in reconventionem rejicitur. *Dec. El. 2. §. 12. j. Disp. nostram Process. 1. §. 56.*

XXVI. Quoniam autem producto relinquitur optio utrum documentum recognoscere an diffiteri malit. *O. P. S. b. T. §. II.* eidemque terminus certus hac in parte non est definitus, quo elapso optio excidat, sicuti in legato optionis ille determinatus est. *l. 20. ff. d. opt. vel elect. leg.* subsidiarium hoc remedium diffessionis declinari potest per recognitionem, etiamsi sententia injuncta fuerit diffessio, eaque in rem judicatam transierit, illius enim non alia est ratio, quam quod recognitionem pars detrectavit, cui quando se submittit, causa diffessionis cessat, neque enim, cum præsentissimo perjurii periculo, jurare tum cogitur qui desiderio producentis principali, per recognitionem, satis-

satisfacere cupit, unde sententia contineri creditur tacita conditio de facienda diffessione, si productus in destinatione diffessionis perseveraverit. *a. l. 8. §. 5. ff. d. condit. instit. l. 11. C. d. reb. cred. c. 2. X. d. jurejur.* hinc citatus ad diffessionem declinavit eam necessitatem recognoscendo in *S. C. P. L. Term. Rem. 703.* in *C. J. Z. F. v. H. v. B. 3. 2.* verbis: daß *Cl.* suchen nicht statt hat, *Befl.* aber das Document sub *A.* zur Nothdurfft recognosciret. *conf. de casibus similibus Disp. Proc. 7. ad Tit. 13. §. 11. inf. it. Disp. 9. ad Tit. 18. §. 26. n. 2.* nec iniquum foret, in hunc eventum, constitui ut documenta, ad evitandas ambages, in contumaciam, urgentibus circumstantiis, pro recognitis haberentur, quò respicit *Ord. Proc. Sax.* nondum publicata §. *da aber apud* Dn. BERGER. p. 753. ubi tamen, cum adest causa moræ, à rigore hoc abstinendum esse bene monuit Dn. BERG. d. l. *Obs. 3. not. 1. p. 758.* Atque istam ^{salvis etiam exceptio-} recognitionem, tum quoque, ^{nibus.} *salvis exceptionibus*, fieri posse non est ambigendum: nam illa recognitio vim habet confessionis, adversus quam exceptionum deductio permessa est. *l. 9. C. d. Exception.* quando igitur adversus documentum recognoscendum varia, nec improbables, urgentur exceptiones, quæ fidem illius, e. g. ob rasuras, diversitatem manus, atramenti &c. suspectam reddunt, in specie haud raro excipiendi potestas reservatur, daß *B.* das Doc. sub *C.* seines Einwendens ungeachtet, jedoch salvis exceptionibus, zu recognosciren schuldig. Imo, licet recognitioni nullæ ^{quas alias quoque ur-} adjectæ fuerint exceptiones peremptoriæ, nihilomi- ^{gere permittitur,} nus eas v. g. in Disputationibus attestatum &c. ^{quamvis neque gene-} ^{raliter neque specia-} ^{liter fuerint adjectæ,}

gere permittitur: renunciaciones enim earum non præsumuntur. *a. l. 25. ff. d. probat.* CARPZ. *Proc. l. 14. art. 3. n. 27. seq.* arbitrioque partium relinquitur utrum *ingenerè* e. g. per verba: salvis exceptionibus quibuscunque, an *in specie*, certis nominatim allegatis: ut documenti ex cancellationibus, deletionibus &c. suspecti, generalem clausulam: aliisque quibusvis, ad-jicere velint. Nec interest num eadem recognitioni præmittantur, an immisceantur aut annectantur, quamvis postremum frequentissime fieri soleat; modo perspicua sit recognitio & exceptionum commemoratio, citra confusionem, suscipiatur; protestationes verò, quas causarum Patroni nonnunquam suscipiunt, intuitu exceptionum, *wider die Anhänge*, si illos appendices æquè, ac in litis contestatione, prohibitos esse putent, effectu carent, nec non accusa-tiones contumaciæ, quibus propterea documenta pro recognitis haberi postulant. Dn. BERGER. *ad h. T. Obs. 3. not. 9. p. 765.* Pariter si, instrumento pro sua obligatione recognito, adjiciatur protestatio, citra tamen recognoscendi animum, ea protestatio, tan-quam factio contraria, nihil operatur. *l. 21. ff. d. acquir. vel omitt. hered. & pro non adjecta habetur. a. l. 65. ff. d. V. O. l. 80. ff. eod.* MOD. PISTOR. *P. 2. q. 88. n. 1.* CARPZ. *P. 1. C. El. 17. d. 16. n. 8.* sicuti etiam illa protestatio, qua quis recognoscit, sed recognitionem sibi præjudicio cedere non vult, inanis est: nam naturæ confessio-nis, quam recognitio continet, repugnat. *a. l. 25. §. f. ff. d. probat.* adeoque tanquam inutilis actum hunc non vitiat. *c. 37. d. R. J. in 6.* Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 717.*

possunt exceptiones
recognitio præmit-
ti, immisceri & annecti
citra confusionem.

recognitio adjecta
protestatio de non
recognoscendo.

it. de præjudicio inde
emergente declinando
pro non adjecta habe-
tur.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

P. 717. CARPZ. Proc. t. 14. art. 3. n. 21. seq. Interim, per modum relationis five adhesionis, cognitio facta pro idonea agnoscitur. e. g. B. Will, ratione recognitionis documentorum, auf diejenige, so Mitbest. f. 40. verrichtet, sich bezogen, und derselben in allen Stücken adhariret haben, talis enim litis contestatio, juxta O. P. S. t. 16. in f. sufficientem parit certitudinem & admittitur. a. l. 6. ff. d. R. C. adeoque multo magis hujusmodi cognitio valebit, atque ita pron. S. C. P. L. Term. Luc. 702. F. J. L. M. Dec. 701. Conf. Dn. RIVIN. adb. T en. 17. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 729.

XXVII. Et quia haud vulgaris praesudicii res est cognitio instrumentorum, eam per sententiam approbari necesse est, juxta observantiam fori nostri. a. l. 37. ff. d. legib. quo constat eam convenienter perfectam esse, ceu quotidiana evincit experientia. NICOL. Proc. c. 53. n. 10. nam solet super actu recognitionis cum aliis punctis conjuncto e. g. disputatione de testium habilitate, praestatione juramenti &c. pronounciari, vel etiam solo, si aliud negotium decidendum haud occurrat. CARPZ. Proc. t. 14. art. 3. n. 6. seq. Interim parci sumtibus in eo casu, quo circa recognitionem partes consentiunt, satius erat, ac proinde non semel, ad minuendas expensas, litigantes id egisse recordeo ut super recognitione interlocutoria praetermitteretur, aut intuitu recognitionis, in ipsa definitiva simul pronounciaretur, ceu factum in F. J. L. M. April. 1718. in C. transmissa v. d. N. M. zu F. atque hoc toties, quoties nova non est metuenda disceptandi materia, admitti fas est. a. l. 29. C. d. pact. Interim,

G 3

si reus

sententiæ pro re nata
inferi potest conde-
mnatio

quandoque etiam in
Possessorio summa-
rissimo obtin. recogn.

Declinatur recognitio
instrumenti per diffes-
sionem

Diffessio describitur

si reus obligationem adversus se productam reco-
gnoscat, nec quicquam, quod alicujus sit ponderis,
excipiat, ilico condemnari & in decreto vel sententia
terminus executioni definiri potest, juxta *Res. Grav.*
d. A. 1661. t. von Justitien-Sachen. gr. 3. C. S. p. 1027. In-
cidere vero queunt circumstantiæ, quæ etiam in
summarissimo possessorio suadeant injungi instru-
menti recognitionem, ne falsa scriptura pro vera ob-
trudatur. *a. N. 73. proæm. l. 25. §. f. ff. d. probat. e. g. si*
certus actus, tanquam possessorius, urgeatur, & alte-
ra pars dederit literas reversales quod nec iste actus,
nec alii antecedentes aut subsequentes, unquam pro
possessorii allegari, sed pro clandestinis aut nullis
haberi debeant, ad evitandas protestationes, pignora-
tionen & contentiones: tum enim qualitas puncti
ante omnia excutiendi alterat istius processus indole-
lem, & ansam dat imperandi recognitionem. Conf.
BRUNNEM. ad l. 15. ff. d. reb. auct. jud. poss. n. 12. FIN-
CKELTHUS. Obs. 117. n. 10. seq. DN. BERGER. ad h. T.
Obs. 3. not. 2. p. 758. liquidem, ut supra dictum, inci-
dentia causæ momenta efficiunt subinde ut modus
procedendi mutetur. a. Dec. El. 88. Dec. El. 12. j. Disp.
Proc. 1. §. 40

XXVIII. Declinari potest desiderata recogni-
tio per Diffessionem, quia *is, contra quem producitur*
documentum, si id recognoscere detrectet, ad illius, in
propria persona faciendam, diffessionem admittitur. O.
P. S. h. T. §. II. Weil es auch. Diffessio autem descri-
bi potest quod sit actus, quo quis, mediante juramen-
to, instrumentum adversus se productum negat esse
illud

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

illud, pro quo venditatur. *Perillustris Dn. JACOBO BORN. ad Univ. Jus Judicarium Comm. & Sax. Disp. l. 1b. 52. lit. g.* Quæ diffessio Juri quoque ca incognita non est Communi non plane incognita est. *a. c. 3. X. d. fidejuss. Jure Communi.*
 & Jure Imperii probata. *R. J. d. A. 1654. §. 35. 39. verb. usitata J. Imperii recognoscendo vel diffitendo. UMM. ad Proc. Disp. 17. in primis Sax.*
n. 24. BLUM. Proc. Cam. §. 48. 49. In primis tamen Jure Sax. recepta. d. O. P. S. b. T. §. II. Dec. El. 74.
Dn. BERGER. Dissert. de mod. declinand. recognit. & diffess. instrum. §. 2. eaque locum invenit, licet quidam ex consortibus litis recognitionem fecerint, ceu pron. F. J. L. M. Mart. 701. ista enim recognitio ipsis, sed non tertiis, præjudicat, cum suum cuique factum, non alteri, nocere debeat. l. 155. ff. d. R. J. l. 10. §. f. ff. d. appellat. imo consortibus in causa individua emolumento esse queat. l. 10. ff. quemadmod. servit. amitt. idemque obtinet, etiamsi recognitio, sub pœna recogniti, injuncta fuerit, sicuti pron. F. J. L. M. Nov. 715. M. Dec. eod. A. Conf. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 28. siquidem ista comminatio ad indicandam contumaciæ penam, non ad adimendam diffitendi facultatem, adjecta est. a. l. 19. ff. d. R. C. Conf. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 730. MEV. P. 4. d. 147. n. 7. conf. RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 39. n. 10. seq.

XXIX. Diffessio instrumenti fieri debet in persona propria. *O. P. S. b. T. §. II. verb. in Person. j. O. P. S. l. 18. §. f. l. R. l. 1. a. 46. non per procuratorem. FINCKELTHUS. Obs. 110. n. 26. seq. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 732. ut tanto fortius evitetur perjurium, admo-*

Diffessio fieri debet in propria persona J. Sax.

Praxis Germ. varia est.

admittuntur tamen
Curator, concurs. ab-
sent. minor. Tutor.
pupill.
declaratio

admoniti enim & praesentes difficiliter jurant, facilius mandata hujusmodi specialia extenduntur, idemque in Judiciis, in quibus per procuratorem jurare haud permittitur, attendi solet, non vero ubi contrarium est receptum. conf. O. C. P. 1. 1. 65. 66. R. J. d. A. 1654 § 43. c. 2. d. testib. in 6. c. f. d. juram. cal. in 6. l. 21. §. 5. ff. d. noxal. act. l. 12. §. 4. C. d. R. C. ceu pron. F. J. L. M. Oct. 705. Conf. CARPZOV. P. 1. C. 17. d. 19. j. P. 1. C. 12. d. 39. Dn. BERG. d. mod. declin. recogn. & diffess. instrum. §. 6. Curatores concursus, absentis, minorum, item tutores, in controversiis concursus, absentium, minorum, pupillorum ad juramentum hoc admittuntur, imo, urgentibus circumstantiis, coguntur, si recognitionem detrectent, & iusta ex causa id declinare nequeant. a. l. 4. ff. d. in lit. jur. l. 5. C. d. Reb. cred. & jurejur. l. 2. §. 2. C. d. jurejur. propt. calumn. dand. uti pron. F. J. L. M. Oct. 700. Dec. 700. saepe enim meliorem, quam minores & pupilli, de negotio manuumque notitiam habent, quo casu non ferenda, quæ litibus injicitur, mora, dum principales pupilli & minores utriusque sexus ad 18. annum completum dilationem impetrare queunt. a. l. 40. §. 1. ff. d. adopt. l. 57. ff. d. Re jud. Mandat. El. von Suchung der Lehnh. d. 1657. verb. den unmündigen. Fur. Alem. feud. c. 51. §. 1. j. pr. F. d. Curat. O. C. a. 164. II. f. 91. atque sic judicavit S. C. P. L. Term. Rem. 95. Rem. 98. vid. Programma nostrum VIII. Vol. Disp. adjectum. p. 899. seq. Conf. CARPZ. dec. 230. n. 6. seq. BERL. P. 1. dec. 124. n. 14. seq. Dn. RIVIN. ad. h. t. en. 28. conf. JASON. ad l. videamus. 4. ff. d. jurejur. n. 15. Itaque Judex ad declinandum

nandum præjudicium principalis, ne instrumentum declaretur pro recognito, tutori vel curatori, pro re nata, diffidendi necessitatem imponet, & si de eo contendatur, simul, utrum de veritate an vero de credulitate jurandum sit, definit. Curator vero mulieris ad juramentum diffeffionis non admittitur nomine sua principalis: illa enim documentum ipsa cum Curatore, vel per Curatorem aut Actorem in specie legitimum, recognoscere, aut in propria persona. *b. T. d. §. II.* diffiteri tenetur. *BERL. P. I. Concl. 44. n. 20. CARPZ. P. I. C. EL. 17. d. 19.* unde mulieris, etiam sine Curatore, in iudicio facta ad diffeffionem oblatio pro legitima habetur, cum de illius conscientia obliganda factoque personali præstando agatur. *a. P. 2. C. El. 15. l. 8. C. d. nupt. l. 101. ff. d. V. O. Conf. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 37.*

de veritate vel credulitate arbit. jud. mulier non ejus curator præstat juram. diffeffionis.

ad quod sine Curat. se offerre potest.

XXX. Obtinet Diffeffio Documentorum regulariter in Instrumentis, quorum recognitio injungi potest, *Perillustr. Dn. BORN. Disp. I. ad Universum Jus Judiciar. Comm. & Sax. th. 52. lit. g.* atque ea in eventum, quo detrectata fuerit diffeffio, pro recognitis habentur confessatisque. *O. P. S. b. T. §. II.* Weil es auch, *verb. pro recognitis* und dafür gehalten werden, als wann sie an sich selbst richtig wären, nec admittitur illius declinatio durch die Gewissens-Vertretung in Processu executivo, siquidem in eo non nisi in continenti liquida exceptiones admittuntur. *Dec. El. 2. P. I. C. El. 8. Ord. Prov. El. Sax. d. A. 1555. t. versetzte Brief und Siegel. CARPZ. P. I. C. 14. d. 22. n. 3. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 27.* præterea insignibus via aperiretur ambagibus si defensionem conscientia, in alter-

Object. diffeffionis sunt instrumenta recognoscibilia.

que detrectata diffeffione habentur pro recognitis.

declinari nequit diffeffio per defens. conf. per probat. in Proc. Execut.

H

native

native *b. §. II.* in iuncta recognitionis aut diffessionis locum, ad posteriorem declinandam, substituere, & presentissimum litibus immortalitatis metum parere. *a. l. 10. C. d. transact. l. 13. C. d. jud. novamque probationem, ad evitandam jurandi necessitatem, suscipere liceret. a. O. P. S. T. 26. §. Wann ein Part. l. 34. §. 7. ff. d. jurej. CARPZOV. Proc. T. 12. art. 5. n. 49. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 732. unde non memini, in Summario etiam aut Ordinario Processu, istam defensionem conscientia esse admissam, aut diffessionem ipsam pro mere negativa responsione ad instrumentum, post quam ordinaria probatio adversarii contraria obtineret, agnitam, Dn. RIVIN. d. l. sed, post diffessionem legitimam, periisse illius documenti fidem. Conf. Dn. BERG. dissert. d. Mod. declin. recogn. & diffess. instrum. c. 2. §. 1. Interim hoc juramentum, tanquam legale, referri nequit, cum à iudice non parte delatum sit. a. c. f. X. d. jurejur. l. 38. ff. eod. CARPZ. Proc. t. 12. art. 5. n. 42. seq. conf. Disp. Proc. IX. ad t. 18. O. P. S. §. 19.*

neque relationi istius juramenti locus est.

Cessat diffessio i. in instrumentis nihil probantibus.

XXXI. Quodsi vero documenta ita sint comparata ut adversus productum vim probandi non habeant, ipsique haud prejudicent, is eorum diffessione, quippe que inanis futura esset, onerandus non est. O. P. S. b. T. §. Weiles auch II. in f. cum jura actus frustraneos, l. 14. §. 1. ff. ut legat. seu fideicommiss. serv. caus. cav. maxime vero supervacua juramenta, averferuntur. l. 8. ff. d. condit. instit. l. 21. C. d. fid. instrum. CARPZ. P. I. C. El. 17. d. 25. ANT. FAB. in C. l. 4. l. 1. d. 8. n. 4. BERL. P. I. Concl. 44 n. 62. Nec obtinet (2) Diffessio in Instrumentis Publi-

(2) in Instrum. Publ.

Publi-

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

Publicis, five publica auctoritate sint confecta five confirmata e. g. à Principe, Magistratu vel Judice: nam illorum fides longe major est quam scripturæ privatæ, eaque testibus potiora sunt. *l. 10. ff. d. probat. l. 11. C. qui pot. in pignor. c. 2. c. 9. X. d. fid. instrum. c. 73. X. d. elect. c. 11. X. d. probat.* ut proinde nimis durum foret arbitrio jurantis, nedum periculo perjurii, probationem hanc exponi. *Dec. El. 74. ibique PHILIP. Obs. 2. n. 16. seq. CARPZ. l. 3. Resp. 82. n. 13. seq. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 36.* licet per decretum aut sententiam diffessio fuerit permiffa, eaque in rem judicatam tranferit, ne anfa detur perjurio, cum tale documentum non fit objectum diffessionis. *d. Dec. a. l. 10. ff. d. probat. l. 31. C. d. donat.* adeoque, etiam si facta fit illius diffessio, actus pro nullo agnoscat, eoque non obstante imperari possit recognitio, siquidem hic error veritati non nocet. *l. 6. ff. ad municip. §. 1. f. d. ingen. nec fidem instrumento publico detrahit. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 436. seq. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 35.* Atque hoc quoque in Notariorum Instrumentis solenniter confectis obtinet. *R. f. d. A. 1512. t. von offenen Notarien. §. 3. 5. C. 10. X. d. V. S. l. 9. C. d. testib. CARPZ. l. 3. Resp. 82. n. 17. seq. PHIL. ad dec. El. 74. obs. 2. n. 20. seq. Dn. BERGER. d. Mod. declin. recogn. & diffess. c. 1. §. 25.* Porro cessat diffessio (3) in Schedulis Operariorum mercedem experimentibus, jurejurando solenni in judicio confirmatis. *a. c. 2. X. d. fid. instrum. e. g. quoad probandam quantitatem impensarum, hi enim veritatem edixisse & noritiam specialem habuisse creduntur, quorum depositio non sine certissimo perjurii metu sic everti potest.*

licet ea vi rei judic. fit permiffa.

aut facta: est enim nullo.

in instrum. solenn. Notar. etiam diffessio locum non habet.

(3) in sched. operar. de merced. jur. confirm.

(4) in Libr. Mercator. VIN. *h. t. en. 33.* (4) Diffessionem Librorum Mercatoriorum non esse admittendam contenditur, modo is, qui illos conscripsit, jurejurando supplere eorum fidem velit, quod, si nihil addit quod praesumptionem veritatis pro illis, ob utilitatem commerciorum, militantem, ambiguum reddat, facilius asseri potest, *a. Dec. El. 74.* quam cum adversus eos suspicio mala emergit: tum enim non negligi diffessionem, qua quis asseverat daß es, so viel seine Rechnung betrifft, nicht richtig gehalten sey, fas est. *a. l. f. C. ad L. Ful. repetund. conf. Ord. Proc. Sax. nondum in vim legis publicata h. T. §. da hingegen. Dn. BERGER. ad eand. Obs. 4. not. 4. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 34. conf. RULAND. d. Commissar. Part. 2. lib. 5. c. 9. n. 8. MEVIUS Part. 5. dec. 18. GAIL. l. 2. Obs. 20. n. 2. seq. j. Disp. Proc. XIII. ad O.P.S. T. 24. §. 7.*

lin.

*Diffessio obinet in
Proc. Ord. Summ.
& Execut.*

*In Camera Imp. debet
fieri cum causa.*

XXXII. Diffessio documentorum usurpari potest in Processu Ordinario, Summario atque Executivo, simpliciter tali & Cambiali, quotidiana observantia teste, in postremo autem non nimis accelerari diffessionem inprimis expedit, ne, qui carceris aut aresti molestias metuit, praecipiti perjurio se liberatum eat. Dn. BERGER. *ad h. t. Obs. 4. not. 1.* Formam autem diffessionis si consideres, eadem in Cam. Imp. fieri debet expressa diffessionis causa, quò animadverti possit an illa ex malitia suscipiatur, & adversa pars scire queat quatenus ipsi documentorum probatio incumbat. BLUM. *Proc. Cam. t. 63. §. 49.* maximè si mediante juramento diffessio facta fuerit. *j. c. 39. X. d. restib. R. F. d. A. 1654. §. 39. conf. RULAND. d. Commiss. P. 2. l. 5. c. 39. n. 35.*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

n. 35. *verb. hic tamen p. m. 296.* MARTIN. *ad O. P. S. h. r. §.* Weil es auch. 2. n. 94. *In Foris præcipue Sax. diffessio formulam* Formula diffesson. for. Sax. diversam admittit pro diversitate documentorum. In Documento proprio præstatur de veritate, e. g. in instrumento producti holographo h. m. Ich N. schwere zc. daß ich den in dem Documente sub A. enthaltenen Rauff nicht geschrieben, noch unterschrieben, auch das darunter befindliche Siegel mein nicht sey. Quando instrumentum aliena manu conscriptum est h. m. Ich N. schwere zc. daß die unter der sub C. producirten Obligation befindliche Unterschrift und Siegel mein nicht sey. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 73.* In Documento alieno Diffessio fit vel credulitatis, de credulitate. e. g. daß N. die producirten Docum. nicht vor diejenigen Instrumenta, davor sie ausgegeben worden, halte. *a. O. P. S. b. T. §.* Weil es auch. II. CARPZ. *dec. 233. n. 22.* Dn. RIVIN. *ad h. t. en. 41.* ubi occurrentes circumstantiæ variam pariunt diffitendi formulam, arbitrio de formula ex circumstant. arbitr. jud. iudicis, quando de eadem disceptatur, aut negotii natura id exoptulat, definiendam, *a. l. 34. §. 5. ff. d. jurejur.* e. g. in literarum ignaro, vel quando producto volente id concinnatum esse dicitur: Ich N. schwere zc. daß ich das Docum. sub C. weder geschrieben noch unterschrieben, auch dasselbe mit meinem Wissen und Willen nicht verfertiget zc. worden. Dn. SWEND. *d. l. item,* cum instrumentum à filio subscriptum esset, ita injuncta diffessio: Ich N. schwere zc. daß mein Sohn den producirten Rauff Brief ohne meinen Befehl und wider meinen Wissen und Willen unterschrieben, und ich weder mein Hauß P. S. um 550. Gulden jemahls verkauffet, noch die von ihm erlegten 100. Gulden Angeld meinem Sohne in meinem Nahmen einzunehmen befohlen

Handwritten note: 11

oder verwilliget. Dn. RIVIN. *ad h. T. en. 42.* item, quando, contra bonam fidem, charta blanca est extensa h. m. Ich N. schwere daß ich das Blanquet sub g. zu Extendirung einer Obligation von mir nicht gestellet habe. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 1126. seq. ZIEGL. b. t. p. 59. verb. Weder Sandic. add. b. Disp. §. 25.* Coeterum fatale oblationis officium in hoc juramento legali non attenditur. *Dec. El. 70 inf. uti monitum est Disp. Proc. IX. ad O. P. S. t. 18. §. 21.*

fatale obl. non est ob-
serv. in hoc. jur. leg.
remiss.

*Juramentum diffes-
sionis non habetur pro
prestato. si is, cui ju-
randum est, in term.
emanat.*

sed nihilominus præ-
standum est.

hæres jurat de credu-
litate.

quod multo magis im-
pedim. justo inciden-
te obtinet.

XXXIII. Quamvis autem juramentum principa-
le delatum, eo, qui prestare debet jusjurandum calu-
mnia, per contumaciam emanente, habeatur pro præ-
stito. *P. I. C. El. 12 Q. R. l. 2. art. 11.* non tamen id applicare
licet ad juramentum legale diffessionis. *a. l. 31. ff. d. jure-
jur. j. l. 25. ff. d. probat.* siquidem in termino, ad viden-
dam & audiendam diffessionem citatus, citra notabile
præjudicium, cum nihil ipse necessario facere debeat,
emanere, nihiloque minus diffessionis actus coram Ju-
dice expediri potest, *a. l. 12. §. 4. C. d. Reb. Cred. j. l. 19.
C. d. testib. conf. Disp. Proc. IX. ad O. P. S. T. 18. §. 27.* unde,
juramentum diffessionis si pro præstito haberi cupiat
is, qui jurare debuit, pronunciatur: Daß die Cl. zuer-
fannte Diffession vor würdlich geleistet nicht zu halten, ea-
demque proxime perficienda injungitur. *Conf. Dn. R I-
VIN. ad h. l. en. 43.* idem, si mortuus fuerit is, qui jura-
re debuit, attenditur, nam hæres de credulitate jurare
cogitur. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 1327.* Dn. BER-
GER. *d. mod. declin. recogn. & diffess. c. 2. §. 4.* multoque
minus pro deserto habetur jusjurandum, quando legiti-
mum impedimentum remoram iniecit juraturo, istud
enim justam excusationem præbet. *d. art. 11. Dec. El. 18.*
in f.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

in f. l. 2. pr. §. 1. seq. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. fact. RIVIN.
h. t. en. 44. PHILIPP. *ad. d. Dec. 18. Obs. 3. n. 5. seq.* MAS-
 CARD. *d. Probat. Concl. 733. n. 1. seq.* Quodsi vero satis in contumac. potest
 certa sit ejus, qui sub præjudicio recognoscere aut dif- etiam instr. pro re-
 fiteri debuit, contumacia, eadem coerceri potest, dum cogn. haberi.
 ad diffessionem non admittitur, sed per sententiam in-
 strumentum pro recognito declaratur, ceu factum in
F. J. L. M. Maj. A. 701. Conf. O. P. S. h. T. §. Weil es
 auch verb. die Urkunden pro recognitis gehalten wer-
 den. *it. Res. Gr. d. An. 1654. 57. gr. 2. C. S. p. 1027.* ubi mo-
 netur daß auch Brieff und Siegel, ohne Einholung recht-
 lichen Erkenntnisses, pro recognitis gehalten werden mö-
 gen. *Conf. Dn. BERG. Dissert. de mod. declinand. recogn.*
§. diffess. c. 1. §. 33. dummodo præcesserit decretum aut præced. debet senten-
 sententia comminatoria: sub pœna recogniti, ad quam tia commin.
 ferendam sufficet spacium 3. integrarum hebdoma-
 dum. *Appellation-Patent d. A. 1670. §. anlangende. 3. A.*
C. S. p. 16. Interim in Processu Cambiali male suis re- quæ evitand. in camb.
 bus consulit qui hanc interlocutoriam desiderat, cum
 possit multo celerius debitorem, wenn er nach Wech-
 sel-Rechte verfahren läffet, ad recognitionem cogere. Dn.
 RIVIN. *ad h. t. en. 20.* At, ut pronounciari queat præ-
 clusiva, qua documentum habetur pro recognito, sen-
 tentia, regulariter integer Terminus Sax. & accusata
 contumacia. *a. l. 13. §. 2. ff. d. judic. requiritur. d. §. 3.* Dn.
 RIVIN. *ad h. t. en. 49.* soletque tum pronounciari. e. g.
 daß die sub A. B. signo O. auch A^o. producirten Docu-
 mente nunmehr pro recognitis billich zu achten, omif-
 fa condemnatione in expensas termini, nam produ- quando instrum de-
 cens eundem effectum probationis consequitur, quem, clar. pro recogn.
 facta omitt. cond. in expens.

Handwritten scribble at the bottom of the page.



facta recognitione, habuisset, nec multiplicanda est contumacia pœna. *a. l. 11. l. 13. ff. d. pœn. ceu jud. S. C. P. L. Term. Trin. 1698. F. J. L. M. Febr. 1707. Conf. CARPZ. Proc. Tit. 14. art. 3. n. 10. seq. NICOL. Proc. c. 53. n. 3.* atque illam potestatem, declarandi documenta pro recognitis, etiam Commissario, cui causa plene commissa est, haud denegandam esse putamus. *a. c. 5. X. d. officio & potest. jud. deleg. Ref. Gr. El. d. A. 1661. t. Juslit. Sacken. gr. 2. C. S. p. 1027. NICOL. d. l. RULAND. d. Commiss. Part. 1. l. 2. c. 13. n. 1.* in dubio autem punctum hoc referi ad comittentem par est. *c. 2. X. d. offic. jud. del. BERL. P. 1. Concl. 44 n. 63. conf. NICOL. d. l. n. 3. p. 585. seq.* Posteaquam vero Originalia apud Acta sunt producta, licet saltem vidimata eorum copia illic inserta deprehendantur, sententiæ sub pœna recogniti locus relinquitur. Dn. RIVIN. *ad h. t. en. 50.* sed exceptiones peremptoriæ, non obstante hac sententia, sunt salvæ, & in Processu Ordinario aut Summario urgeri ac deduci possunt; siquidem iis, etiam post recognitionem, uti permittitur. *l. 9. C. d. except. fictæque recognitionis major non debet esse virtus quam recognitionis veræ. a. l. 1. ff. d. adopt. quæ salvis exceptionibus facta esse creditur, ceu th. 26. pluribus expositum. Conf. CARPZ. dec. 235. n. 15. seq. atque ita visum F. J. L. M. Mart. 702.* Quando autem Processus Summarius est ex *Ref. Gr. d. A. 1661. gr. 8.* institutus, omniaque probanda e Documentis sunt liquida, neque ulla adduxit reus exceptiones, quibus se tueri velit, urgentibus circumstantiis prægnantibus, postulante actore, contumax simul potest definitive condemnari, id quod contigit in *F. J. L. M. Jun.*

707.

potest etiam Commiss. cui plene causa commissa est, doc. pro recogn. habere.

Doc. pro recogn. declar. salvæ sunt except. perempt.

in Proc. Ord. & Summar.

aliquando tamen sequitur condemnatoria, eaque definitiva, sententia,

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

707. atque ita pariter judicatum, postquam exceptionibus erat satisfactum, in *d. F. Mens. Aug. 718.* sed definitive causa decidi nequit si quæ ex instrumentorum raris aliisve occurrant remora, aut reus e. g. *Weyder Einlassung*, exceptiones adjecerit, illarum enim deductio parti haud est deneganda. *a. d. l. 9.* Verum in Proc. Exec. juxta Dec. El. 2. cum citat. ad all. exc. instit. superest Exc. compens. & solut. in Processu Executivo, secundum normam *Dec. El. 2.* cum legitima citatione ad allegandas exceptiones instituto, quoties in contumaciam instrumentum pro recognito agnitum, & reus est condemnatus, non nisi exceptione solutionis & compensationis, intra terminum executivum liquida, frui licet. *d. Dec. ita pron. F. F. L. M. Aug. 712. PHIL. ad. d. Dec. Obs. 9. Dn. BERG. ad. h. r. Obs. 3. n. 12. conf. Disp. Proc. I. th. 56. inf.*

XXXIV. Quodsi periculosum videatur producenti partem adversam ad diffessionem admitti documentorum, atque ipse malit per testes fieri recognitionem, eosdem denominare permittitur. *O. P. S. b. T. §. da aber IV.* licet pronunciatum sit quod reus, sub pœna recogniti, recognoscere instrumenta vel jurato diffiteri debeat, eumque in finem terminus sit præfixus & adversarius ad jurandum paratus, impedire enim præstationem jurisjurandi, sua contradictione & oblatione, ad recognitionem testibus perficiendam, potest. *BERL. P. 1. Concl. 44 n. 49. CARPZ. Proc. t. 14. art. 3. n. 66. seq.* siquidem res adhuc integra est, & diffidendi intentionem simulantes, non raro in ipso diffessionis termino, per recognitionem, diffidendi necessitatem declinant. conf. dicta §. 26. idemque obtinet quamvis sententia, qua injuncta est diffessio, in rem judicatam transierit, sicuti resp. *F. F. L.*

Producens impedire potest diffessionem oblatam recogn. per testes.

etiam in termino diffessionis.

& cum sententia, qua permessa diffessio, in rem jud. transit.

Fatale offerendæ re-
cogn. per testes

admitt. interrog. ve-
rum saltem ad manus
& sigill. respicientia.

Obtinet Recogn. per
Testes in Proc. Ord.
& Sum.
non Executivo regu-
lariter.

monitum

F. L. M. Oct. 701. & pron. F. L. M. Oct. 705. Atque hic Terminus currit a tempore oblationis & declarationis non impugnatae, vel, si de ea disceptetur, ex tempore, quo sententia, istam probationem permittens, in rem judicatam transit. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 741.* Tenetur autem hoc casu Producentis articulos cum nominibus testium & copias documentorum intra terminum Saxonicum exhibere & Commissarios petere. O. P. S. h. T. §. da aber IV. & si ab ipso iudice examen suscipiendum sit, ab eo Terminum ad productionem & Examen testium desiderare. *vid. formula apud Dn. SWEND. ad h. t. p. 241. seq.* Producto autem licet interrogatoria (generalia & specialia. NICOL. *ad Proc. c. 53. n. 5.*) insinuarere, non ad merita & contenta instrumentorum sed tantum ad manus ac sigilla, adeoque ad formam externam documentorum, directa. d. §. si quæ igitur contenta instrumentorum respiciant, rejici merentur. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 740. seq.*

XXXV. Locum habet Recognitio per testes in Processu Ordinario & Summario, at non in Executivo regulariter, ne hic nimis degeneret, ambagibus, quæ comitantur probationem per testes, ammissis, cum debeant exceptiones in Processu Executivo esse in continenti liquidæ. *Dec. El. 2. P. 1. C. El. 8.* in quam sententiam pron. *F. L. M. Aug. 707. Jun. 708. Dec. 1717.* NICOL. *ad Proc. c. 53. n. 5.* Dn. BERG. *ad h. t. Obs. 5. not. 2.* Dn. RIVIN. *ad h. t. en. 31.* quod si vero præsentissimus perjurii metus aliud suadeat, iudicis arbitrio rem relinquendam esse censemus. *a. c. 13. X. d. restit. spoliat. l. 8. ff. d. condit. instir.* Dn. BERG. *d. l. p. 770. seq. id. in Programm.*

gramm. Elect. Proc. Execut. subj. p. 68. In Ord. Proc. Sax. nondum in vim legis publ. post discessionem probatio per testes admittenda intenditur, quod novis, iisque conscientiam ac famam onerantibus, tantoque gravioribus, viam aperire potest litigiis. fac. l. 1. C. d. Reb. Cred. j. l. f. ff. d. in lit. jur. Testes vero fide digni num prae-
 cise deponere debeant se tempore scripti documenti fuisse praesentes, & vidisse cum id, de quo quaeritur, scriberetur, an sufficiat eos testari se cognitam habere illius, qui scripsisse fertur, manum eamque pro ista agnoscere, disceptatur. Equidem *N. 73. c. 1. testificationes requirit, quibus praesentes testes dicant quod, ipsis praesentibus, subscripserit qui documentum fecit, eumque noverint, idque, ad indubiam certitudinem parandam, pertinet & evitaanda, qua frequentia sunt, falsa. a. N. 90. proem. adeoque tum plene probatam esse manum sigillumque judicavit F. J. L. M. Nov. 714. resp. M. Jan. 711. Conf. RULAND. de Commiss. Part. 2. l. 5. c. 39. n. 32. seq. MATTH. d. Afflic. Dec. 181. n. 8. NICOL. ad Proc. c. 53. n. 5. MOLLER. Semestr. l. 4. c. 43. inf. BERL. P. 1. Concl. 44. n. 22. seq. at simplicis id esse necessitatis non arguit N. 73. c. 1. tres hujusmodi testes, cautela loco, desiderans, hinc duos testes, solidas suae notitiae causas exponentes, sufficere existimamus, de quo arboratur iudex. d. N. j. l. 12. l. 3. §. 2. ff. d. testib. atque id corroborant verba O. P. S. b. T. §. IV. verb. sollen dieselben vorher schwören daß sie auf die vorgelegten Urfunden, wofür sie dieselben halten oder erkennen, die rechte Wahrheit sagen wollen, & producenti, pro re nata, suppletorium iusjurandum imponi posse putamus.*

Testes fide digni recogn. de eo, quod viderint scribi, deponentes plenam faciunt probationem.

mus etiam de credulitate, quemadmodum pron. F.F.L. M. Maj. 709. *Conf. BERL. d. l. n. 23. seq. MATTH. d. Afflict. addit. in Annot. n. 2. seq. Dn. BERG. ad. h. t. p. 774 NICOL. d. l. n. 5.* imo, cum bini testes documentum subscripserunt, suaque recognitione jurata id confirmarunt, una cum necessariis circumstantiis, ab initio impedire queunt, ne ad juratam diffessionem productus admittatur. *a. l. 9. pr. §. 1. C. d. testib. l. 12. ff. eod. l. f. C. ex quib. caus. in integr. restit. BRUNN. Proc. Civ. c. 19. n. 32. MARTIN. ad O. P. S. b. T. §. n. 9. seq.* Quodsi recognitionem per testes facturus nihil probaverit, productus ad diffessionem est admittendus, verum, quoties instrumenti veritatem evicit producens, pronunciari potest: daß B. das Document sub O. zu recognosciren schuldig und hat die angemessete Diffession nicht statt. Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 743. §. prec. interim reprobatio aut remonstratio producto petenti deneganda non est. a. l. 6. §. 1. ff. d. re jud. O. P. S. t. 21. §. 1. conf. Disp. Proc. XI. ad O. P. S. t. 21. §. 3. n. 6. id quod Ord. El. Sax. nov. nondum in vim leg. publ. §. da ein producent. probat in f. at, laudabili instituto, ad remonstratorem, in ebenmäßiger Frist zu gebrauchen, ad präseindendas ambages, restringit. conf. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 742.*

XXXVI. Præterea declinari potest a Producente diffessio instrumentorum per *Comparationem Literarum*, (it. sigillorum si opus sit. RULAND. *d. Commiss. P. 2. l. 5. c. 38. n. 1. CASP. KLOCK. V. 1. Conf. 11. n. 16.*) quæ est remedium subsidiarium. *N. 73. c. 7.* quo duæ pluresve scripturæ (it. sigilla) per judicem, vel etiam peritos, conferuntur, ut ex earum similitudine vel diversitate apparen-

quandoque ab initio recognitione testium, qui documentum subscripsit, evitatur diffessio.

cum testes nihil probant diffessio permittitur.

quando testes probant, recognitio injungitur.

nec deneganda reprobatio aut remonstratio.

Declinatur etiam diffessio per *Comparationem Literarum*.

Comparat. liter. descriptio.

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

parente dubium documentum per non dubium confirmetur aut reprobetur. *l. comparationes. 20. it. Auth. adh. ec. C. d. fid. instrum. N. 49. c. 2. SALICET. ad l. 20. C. d. fid. instrum. n. 9. CARPZ. l. 3. Resp. 84. n. 5.* Sufficitur autem Comparatio hæc si scriptura negata, propter mortem feribentis, vel absentiam testium subscriptorum similemve causam, hæredibus producti aliisve sit incognita, eaque comparatio fit vel incidenter s. minus solenniter, vel principaliter s. solenniter. *Incidenter* quoties Judici suspectum sit instrumentum & ipse, ad declinandam falsi, quæ excitatur, e. g. in Mandato, transactione, Pactione &c. suspicionem, Principalis scripturam haud dubiam, vel ab ipso adversario productam. *N. 49. c. 2. §. 1.* cum dubio documento confert, ut removeat eam suspicionem & Originalis veritatem cognoscat, id quod sæpe, ex officio solliciti judicis, tanquam pars cognitionis, ab eodem expeditur, non adscitis in specie peritis, cum ipse cognoscendo negotio sufficit, neque enim judex hujusmodi comparationem, ad eruendam veritatem, teste observantia, instituere prohibetur, emergens dubium, citra ambages, suo arbitrato, partibus non invitis. *a. l. 29. C. d. pact. resoluturus. a. l. 6. C. d. re milit. N. 49. c. 2. §. 1. BALD. ad l. 20. C. d. fid. instr. n. 17. SALICET. d. l. n. 8. CARPZ. d. Resp. n. 4.* Solenniter s. Principaliter cum instituitur Literarum Comparatio, qui eam postulat, jurare debet (1) se neque lucri causa, neque inimicitis, neque gratia tentum facere hujusmodi comparationem, sed deesse sibi aliam veritatis evincendæ probationem, *conf. N. 73. c. 7. pr.* nec quicquam circa eam se egisse aut machinatum esse ad occultandam veritatem. *l. 20. C. d. fid. instrum.*

est vel Incidentis s. minus solennis expediri potest etiam à solo giudice.

vel Solennis & Principalis, requir. i. juram. comparat. petentis.

nisi id remittatur ab
adversar.

2. Viri probati

3. Documenta fide di-
gna ad quæ fiat com-
paratio.

adminicul. præbet
ejus, qui scripsisse di-
citur, ad scribendum
coactio.

4. accurata fieri debet
simil. & dissimil. per-
ceptio.

strum. N. 73. c. 7. quod regulariter negligendum non est.
d. N. BALD. ad l. comparationes. 20. C. d. fid. instrum. n. 5.
illud tamen juramentum à parte adversa, expresse aut
tacite, remitti posse non improbabiler asseritur. *l. 29. C. d. pact. a. c. 1. pr. §. 1. d. jur. calumn. in d. l. 26. ff. d. re jud. R. U-
LAND. d. Commiss. Part. 2. l. 5. c. 28. n. 9.* (2) Viri in colla-
tione scripturarum probati exiguntur, & si alii, quam Judi-
ces, hi enim semel officio suscepto jurarant. *Conf. HILL. ad Donell. l. 25. c. 8. lit. t.* adhibeantur, eos, tanquam peri-
tos, jurejurando adstringi expedit. *a. N. 7. c. 3. §. 1. j. l. 20. C. d. fid. instrum. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 27. p. 751. CARPZ. Proc. t. 14. art. 3. n. 76.* (3) Documentum, propter quod comparatio suscipitur à parte productum probationis gratia, de cujus fide ambigitur. *d. l. 20. CARPZ. l. 3. Resp. 84. n. 10. seq. UMM. d. l. p. 750.* & instrumenta idonea ad quæ fiat comparatio, qualia sunt indubitata, sive, privata quoque, trium testium subscriptione munita, quorum duo de subscriptione testentur. *d. l. 20. TRENTACINQ. l. 2. r. d. fid. instrum. R. 7. n. 1. verb. scriptura.* sive instrumenta forensia vel publica. *l. 20. C. d. fid. instrum. SALICET. ad d. l. 20. C. n. 12.* sive ex Archivo publico depromta. *N. 49. c. 2. inf.* sive ab adversa parte, contra quam comparatio fit, producta & approbata. *N. 49. c. 2. §. 1. BRUNN. ad l. 20. C. d. fid. instrum. n. 2.* quodsi Judex partem cogat ad scribendum in judicio, adminiculum id præstare potest. *a. N. 73. c. 1. ZASIUS. sing. Resp. l. 2. Resp. 25. BERL. P. 1. Concl. 44. n. 41. BERG. Dissert. de mod. declinand. recogn. & diff. §. c. 2. §. 23.* etiam in criminalibus. e. g. libellis famosis. *d. l.* (4) Comparationes per omnem subtilitatem procedant. *d. N. 73. c. 7. diligenter inspectis literis s. elementis, ducti-*

DISP. XIV. TIT. XXV. DE RECOGNIT. DOCUMENT.

ductibus, characterum verborumque signis, omnibusque, *que similitudinem aut dissimilitudinem arguunt*, ponderatis. *d. N. 73. proem. MENOCH. d. A. F. Q. l. 2. cas. 114. n. 31. RULAND. d. Commiss. P. 2. l. 5. c. 38. n. 20.*

XXXVII. Obtinet Comparatio literarum in Proc. ^{Obtinet Comp. liter. in Proc. Ord. Summ. non Execut.} Ordinario & Summario. *a. l. 20. C. d. fid. instr. verb. in omnibus judiciis.* ceu resp. *F. F. L. M. August. 706. UMM. ad Proc. D. 17. n. 27. p. 751.* sed non executivo, qui istas ambages non admittit. *Dec. El. 2. ceu resp. F. F. L. M. Oct. 701. ad consult. D. le Plat. und Conf. zu Gústrau. & pron. d. F. M. Aug. 706. Conf. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 744. n. 367. Dn. BERG. Diff. de mod. declinand. recogn. & diffess. c. 2. tb. 20. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 31. in-* & fieri potest etiam ad declinand. recogn. per testes.
 terim per hanc comparationem etiam recognitio per testes declinari potest, cum per eam evinci possit Originalis veritas. *a. N. 73. c. 1. verb. similia quidem.* nam ista comparatio plenam conciliat non raro documento fidem contra negantem. *Conf. COLER. Part. 3. c. 1. n. 145. CARPZ. Proc. t. 14. art. 3. n. 74. seq.* verum, quando ad- ^{at facta diffessione cessat.} missa est semel diffessio, corrui instrumenti fides, adeoque nec comparationi huic amplius est locus, hinc pronunciari potest: daß *El. suchen nicht statt hat.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 744.*


XXXVIII. Operatur autem Comparatio literarum, & pro re nata, sigillorum, quando inde manus sigillumque, ob similitudinem, per omnia confirmatur, ob concurrentes circumstantias, plenam fidem. *a. N. 73. c. 1. proem. de quo arbitratur iudex. a. l. 3. §. 2. ff. de testib. CARPZ. l. 3. Resp. 84. n. 6. seq. it. P. 1. C. El. 17. d. 15. ubi prejud. MENOCH. d. A. F. Q. l. 2. c. 114. n. 9. BRUNN.*

ad

K. D. v. J. 1777.

ad l. 20. C. d. fid. instrum. n. 3. in f. conf. TIRAQUELL. l. 2. de fid. instrum. Resol. 7. n. 4. quo minus enim indistincte id asserere liceat falsorum frequentia & promptitudo nonnullorum hominum, in imitandis alienis manibus, impedit, siquidem recenset UDALR. ZASIUS, *sing. resp. lib. 2. Resp. 25. in f. se novisse Monachum Augustæ, in Monasterio S. Udalrici, qui scripturam, quamcunque intrueretur, non tam imitari, quam ex pari effingere poterit, unde, inæquali partium emergente notitia, ad juramentum suppletorium, & quidem Conf. de credulitate, perveniri posse resp. F. J. L. Menf. Oct. 1701. conf. Dn. BERG. ad O. P. S. h. l. p. 773. seq.* Neque enim frustra Justinianus ipse Nov. 73. proæm. monuit, literarum dissimilitudinem haud raro parere tempus, cum aliter juvenes & robusti, aliter senes & forte trementes scribant, sæpe etiam languor diversitati ansam præbeat, accedit chartæ atramentique differentia & calami inæqualis attemperatio. HILLIC. ad Don. l. 25. c. 8. lit. 1. in sigillo autem comparando difficultatem ex diverso triplici sigillo enatam esse recordor. Interim adversus hanc literarum comparisonem contraria probatio apud nos prohibita non est. a. N. 18. c. 5. l. 5. ff. d. probat. O P. S. T. 21. §. 1. Conf. Dn. SWEND. Proc. p. 742. j. h. Disp. §. 35. in f. & cum per comparisonem literarum nihil est deductum, diffissioni locus relinquitur, ad quam declinandam adhibita est. a. c. 52. d. R. J. in 6. l. 6. ff. qui satisd. cogunt. quæ intentione plene probata, cessat, instrumentique recognitio injungitur. Dn. SWEND.

d. h. p. 743.



aliquando suppletor.

contraria probatio
non est prohibita,


Prob. plena per com-
par. liter. impedit
juram. diffissionis,

ULB Halle
005 362 326

3







10078

v. H. n. g.

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ 24.
PROCESSUS 1718, 5.
JURIS COMMUNIS

ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO DECIMA QUARTA,
QVAM

SUB PRÆSIDIO

DN. LÜDERI MENCKENII, JC.

CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT.
SAXON. DECRETALIUM PROF. PUBL. ET
FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS
ORDINARIJ, &c.

PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTA-
TEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT

WILHELMUS ZACHARIAS CRAMER,
LIPSIENSIS.

AD D. VIII. SEPT. A. M DCC XVIII.

LIPSIÆ,
Typis IMMANUELIS TITII.

